

etiam sunt difficiliores. Apud nos autem sylvestre quoddam rotundum ac durum, ex quo exilius, in fructibus cerealibus repertum, quod arachum nominant, non per se sed per eam ultimam syllabam proferentes, projiciunt ipsum, ut et semen securidaca felientes. Cap. ult. Porro pater meus etate jam declinante cum agricultura jam delectaretur — Reperiit igitur in lente quoque ex mutatione ipsius durum rotundumque aracum, et securinum seminum, non vesca enata. Duæ itaque plantæ diversæ; altera aracus, altera arachos; de utraque agendum. Aracus res inquit Theophrastus, in lente nata, dura, & scabra. Galenus aracum cicerulæ assimilem inquit, rotundum, sed duriorem, & concoctu difficultorem. Idem ferè Columella, lib. 11. de re rustica cap. x1. Cicera bubus ervi loco, fresa datur in Hispania, Boetica, quæ cum suspensa molle divisa est, paulum aqua maceratur dum lentescat; atque ita mista palea subtritis, pecori præbetur. Sed ervi duodecim librae satissimunt uni jugo, cicerae sedecim: eadem hominibus non inutilis, neque injucunda est. Sapore certe nihil differt à cicerula, colore tantum discernitur: nam est obsoletior & nigro propior. Ex his Theodori errorem videmus, quod αράχη ciceram vertit. αράχη, enim ut suo loco diximus, nomen habet à colore luteo. Cicera dicitur, quod cicerulæ similis sit, ac solo potissimum ab eo colore differat. Ideoque quodam fuisse, Galenus observavit, qui λαθύρος, & λαθύρη, unum genus esse putarunt, quod facie, nisu, viribus consentiant. Ex iis videtur esse Hesychius, τὸν λαθύρην, inquit, οὐτε λόγον πέποι οὐδὲ τὴν λαθύρην. In eo differunt Columella & Galenus, quod Galenus aracum cibis damnatum, Columella vero non inutilem scribat. Sed responderi potest, αβεργητον cum dicit, intelligere, non instar reliqua legumina cibis aptum; quia durior aracus, quique difficulter elixari vult (concoctu itaq; difficultior, & in cibis ineptior.) Columella vero cum hominibus non inutilem inquit, plane inutilem non esse vult. Quod etiam ex Galeno lib. de alim. facult. probatur. Araci semen non semel ex Hispania Boetica à Gulielmo Boëlio accepimus. Similis lathyro est; caule enim foliisque eum omnino refert: flores habet ex rubra purpura in puniceum inclinantes, siliquas paulo minores, arce in his grana angulosa quoque, & lathyri grani similia; sed minora, durioraque, minusque compressa, colore obsoleta, nigroque proxima; cum vulgaris lathyri sint colore ex luteo virides. Aliud genus idem misit nobis & Petro Mullerio Med. Doct. & Botanico apud Groninganos Professori, semine maculoso, folio angusto, flore partim violaceo, partim purpureo siliqua ochro non dissimili. Arachum Ruellius craccam vocari auctor est; frugum ac frumentorum præcipue vitium est, una cum segetibus provenit; quibus infestum admodum est: aeris enim humidiore statu citò incrementum capescit, segetesque præoccupat, ac tenellas nondumque adultas pertinaci vincit, crebrisque circumvolutionibus, deorsum trahit, delapsaque erigi non patitur, ipsaque calamitosas efficit: graciles & angustos fert cauliculos, folia habet ex pluribus parvis, angustis foliolis, unicoste adnata, ac sibi invicem opposita, congesta, in capreolos sive viticulas desinentia. Flores parvi, colore purpurei, quos sequuntur siliquæ parvæ, minores, rotundioreisque quam vicie. Semina in his sex vel septem, nigra, rotunda, duriuscula, ervo minora. Huic genus aliud simile reperitur, foliis caulinisque minoribus; flosculis in parvis spicis albicantibus, siliquis parvulis ac brevioribus, in quibus semina duo, tria, quatuor, rotunda, nigra, &c. Neutra est aphace, vel vicia, uti Doctissimi viri credunt. Nam utrique semen instar lentis latius, neutquam rotundum, quale craccæ. Ad arachi classem referenda planta, quam vulgo orobum pannonicum vocant, ab exellentiss. Clusio orobi pannonicum primi nomine descripta. Dodonæus arachum latifolium alterum vocare maluit. Multos ab una radice promitt caules pedales, firmos, erectos, virides, angulosos, in quibus hinc inde sparsa sunt, oblonga & pennata folia, ex senis, octonis aut pluribus foliis mucronatis, trinerviis, uni costæ adnatis, & sibi invicem oppositis, congesta; flores in surculis ex alarum finu prodeuntibus, spicæ instar nascentes, pisiformi aut vicie florum æmullos, coloris purpurei elegantissimi, deinde, ubi evanescere incipiunt cærulei. Quibus succedunt longi, cylindracei lobi, fusi; in quibus semen rotundum interdum & exiguum, non nunquam vero oblongi culum, varium quo maturi lobi diffiliunt, ut in plerisque ejus generis; radix vivax, longa, nigra, dura, per intervalla extuberans, fi-

Aracus, aut Cicera Lob.



brofa, & ex lateribus novos stolones, singulis annis producens. Tota planta acrionis cuiusdam particeps, mature admodum floret, Martio mense, ipso Februario mense florum rudimenta ostendit. Doctissimi Botanici plantam hanc astragalum Dioscoridis existimant. A Dioscoride describitur lib. 14. cap. LII. Αστραγαλός θεμιτος ισι μικρος ινι γρης, φύλλαι (vetus φύλλων) καὶ πλανταί οὔρος ιρεβινθ. Αιθο πορφυρά, μικρά, μέση ἡ ψηταὶ εργαζόμενη, απτερες ράφαι οἰνμιζίναις, οὐδαφούσις ιχνοι στεγαῖς, μελανίας οικληροτεχνης, οὐ περιπολητηριαναί αδηλοις, μενοτεμένης συπτηνής. Φύεται ἡ σι ινανίας η συνοίσις Επονιζωτος τόποις πολλῆ ἵσι σι φερετης δρυδαῖς. Astragalus parvus est à terra frutex, foliis & ramulis ciceri similis, floribus purpureis, parvis, radice rotunda, raphani modo prægrandi, que ad natas habet appendices, easque solidas, præduras, seu cornua inter se implicatas, gustuq; adstringentes. Nascitur in ventosis, opacis atque innivalibus, magna vero copia in Pheneo Arcadia. Apud Plinium hujus etiam Plantæ descriptio exstat lib. xxvi. cap. viii. Astragalus folia habet longa, incisuris multis, obliqua circa radices, caules tres aut quatuor foliorum plenos, florem Hyacinthi, radices villosas, implices, rubras, præduras. Eandem inquiunt, plantam videatur descripsisse; Differentia est quia folia habere dicit incisuris multis, quod Dioscorides non tacuisse, & sicut dixit αστραγαλός οὐοις ιρεβινθ φύλλοις, καὶ πλανταί οὔρος dixisset, ut in aliis folet, cum foliorum formam & similitudinem delineare vult, hoc modo: αστραγαλός φύλλα ιχνοί οὔροι, καὶ πλανταί ιρεβινθ. Sed quia plantæ habitum, similem ciceri fecit, non folia ciceri similia, idcirco ita descripsit. Nam foliorum positum, non formam imitari deberet. Quare censem, vel Plinium ipsum, vel à quo transcripsit, vel aliquem, qui Plinii textum recognovit; Dioscoridis textui similem reddere volentem, verba illa, incisuris multis, addidisse, putans similitudinem esse in incisuris foliorum ciceris; quæ verba abundare putant. Etiam ανταράχη Καταράχη legunt; idque quia Auctuarii auctor à Romanis glandulam vocari scribit ρουμανικη τελεβικη ομοιως φικη τερρα, οι οι γλανδες αρα, οι οι τιμη, οι οι φικηλα. Romani pinum trivium, similiter & sicum

terre, glandulam, aliis talum, aliis nonariam. Idem etiam Plinius dicit res alias iugos legit, rubras. Hoc facile conciliari potest, si dicamus e nigredine rubras esse. Idem autem iuris iugos iugos, in apriis soli expositis legit. Quomodo & in antiquo codice scriptum esse viri docti reflectantur. Lego cum Plinio, Oribasio, aliisque viris doctis, etiā membris, phis. Quia Memphis non est Arcadia. Aστραγαλός nomen accepit a seminis forma αστραγαλού, talum referente. Verisimilium est, sic dictam hanc plantam quod radicem teretem in superna infernaque parte planam ac compressam habeat. Vel altragali nomen inditum ab adnatis appendicibus solidis, duris, ceu cornua implicitis, ad similitudinem flagelli. Unde apud Pollicem libro x. cap. xii. πάρος ἡ κεφαλὴ τῆς τοπίων εἰς αστραγαλόν μετέπειτα. Lucianus τούτης ingratuū cīna cīnētū tēs eis πάρος αστραγαλόν μετέπειτα παντούς. Scutica ex implicitis astragalis, vel nodo suo ferentes & examinantes. Athenaeus in apologia τῶν αστραγαλῶν αἰνίζεται. Interpres nodata flagella exposuit. Doctissimi, ut dixi, Botanici astragalu orobum pannonicum esse putant. Astragalus, inquit Dioscorides, parvus frutex est. Herba est orobus, non frutex; Etenim οὐδὲν à terra plures emitit stipites, qui potea singuli sparguntur in multos ramos. Orobos caulinos fert deciduos, non stipites, qui in ramulos spargi possunt. Sed Dioscorides fruticem quandoque appellare consuevit plantam, quæ herbae naturam habet, & contra herbam quæ fruticis naturam, quod alibi probavi. Folia orobus habet ciceri, nec forma, nec figura, nec magnitudine similia, nec instar cicerum ordine disposita, ex utriusque iconē facile hæc lector judicabit. Dixi nec forma, nec figura convenire. Cicer folia fert lenti similitudine; orobus pannonicus folia habet forma ad rutci folia accendentia, majora verò & duplo longiora, teneriora & laevia, ad novellā hedera folia accendentia, mucronata & trinervia. Neq; ordine ciceris spectantur. Cicer ex parvulis & angustis compluribus, uni pediculo, sive costæ aut paxi, utrimque adatias, & sibi invicem oppositis compoununtur. Orobo folia quidem sunt pedicellis hærentia, sed primò bina, deinde quaterna, postea quina, postremò terna ex opposito incurvantia, qui ordo in cicere non reperitur. Denique nec magnitudine convenienti. Sunt enim quadruplo quam ciceris majora. Radice caret rotunda, balani sive glandis, vel, ut vulgo, thaphani modo, sed longam nigram, duram, & per intervalla extuberantem, fibrosam & ex lateribus novos stolones singulis annis producentem, gerit. Nec sapore adstringenti, verum manifestè acri. Hæc ostendunt orobum pannonicum non esse altragalu Dioscoridis. Cum Astragali descriptione magis glans terræ convenit, cuius iconem supra deditus. Sed nec hæc foliis prædicta ciceri satis similibus. Quam Syriaci altragali nomine. Adversariorum ostendunt, me vidisse non memini. Videatur proximè ad delineationem Dioscoridis accedere.

Σεσαμός nomine plures sunt donatae plantæ. Dioscorides cap. CLXIV. cap. IV. de ricino. Κίκι ἡ κεφαλὴ, οἱ δὲ σπόνδυοι ἄργειοι, οἱ δὲ σπόνδυοι κύπελλοι, οἱ δὲ κεφαλαία. Plinii lib. xv. cap. vi. Proximum sit & cici arbore in Egyptio copiosa: alii crotoneum, alii trixim, alii sesamum sylvestre appellant: quæ non pridem & in Hispania repente provenit. Frustra Plinium accusant quod cici arborem dixit. Ipse Dioscorides διδοῖς διὰ τὸν οὐρανὸν μικρὸς μικρὸς. Refert Bellonius lib. I. calidis regionibus in multos annos superesse, ac in tantā excrcere altitudinem, ut ad concendendum scalis quandoque opus sit. Anno 1624. nata nobis Amstelredami ex semine ricini planta, quæ eo ipso anno iu tantam excrevit altitudinem, ut cerasum mediocris magnitudinis superaret, credo 16 pedes superasse. Hoc obiter. Heliotropium magnum sesamum dicunt, scribit Auctuarii auctor, οἱ δὲ σπόνδυοι πεπεπτοῦσι, οἱ δὲ σπόνδυοι εὔχρηστοι. Arborem quandam illud nomen obtinuisse ex Dioscoride cap. de ebeno colligitur. Εἴσοι, inquit, η τὰ σπόνδυαν ἀποθέντα ξύλα, ιψερησταὶ αὖτε τούτα παλέσσον. Etiam ex auctore Peripli, ubi phalangii, ebeni, & sesamini mentionem facit. Στὸν ψήσανταν εἰς αμφοτέρα τούτα τὴν αἰσθήσιν μετέβειται, ταῦτα μετασέλαχαντα τὸ ξύλον σπαστίσσον, η δεκάν, η κεράτων, η φαλάγγων σπαστίσσον, η ιστίντων. Folia etiam quibus sponsi coronabantur sesama vocantur. Suidas. σπόνδυοι η μέντα η σπόνδυα. φύλλα οἵτιναν τούτα, οἱ νύμφαι. Hoc de sesamo, cuius meminit Theophrastus lib. VIII. intelligo. Favorinus σπόνδυοι τὸ ξύλον εἰς γάμους θέτει. id est, η τὸν τούτοις σπόνδυοι οὐδὲν οὐτιστικόν τοις γαμικοῖς δέσποτα τοῖς σπόνδυοι πεποιημένοις.

Ἄργη τὸ παλέσσον, οἱ φυταὶ Μίντανδροι. Idem Aristoteles. In pace σπόνδυοι παρατηται. Εδέκεν, inquit, οἱ τοις γάμοις σπόνδυοι διδόνται, οἱ ιστιντικοὶ γαμικοὶ, οἱ τοις σπόνδυοι παρατηται, placentam, inquit, esse nuptiale, ex sesamo factam, quæ in nuptiis exhibebatur. Placentas has describit Athenaeus lib. XIV. σπόνδυοις εἰς μίλιτας καὶ σπόνδυμ παρεγγείλανται ηδαῖς φανεροῖς παρατηται. Sesamides globosa bellaria ē melle sesamoque frisia, & oleo. Hesychius ιδελάμιας η μέντα η σπόνδυος, placenta ex papavere & sesamo. Ex his inter condimentarias herbas papaver, & sesamum non ultimum locum obtinuisse, quilibet observare potest. Ideoque veteres cum aliquid studiose politum significare vellent, papaver & sesamo sparsum dicebant. Petronius, Audiuimus melitos verborum globulos, & omnia dicta factaque, quasi papavere & sesamo sparsa. Planta de qua nobis lermo, non tantum σπόνδυος, sed etiam σπόνδυη & σπόνδυος dicitur. Suidas, σπόνδυος η σπόνδυη Αλεξανδρεία. σπόνδυος ψέπης εἶδος παρατηται, σπόνδυη η πρᾶς φανεροῖς σπόνδυαις καὶ σπόνδυοι. σπόνδυοι Ιασοί — Selamon Columella inter legumina repoluit, Plinii inter æltiva frumenta, Theophrastus inter fruges quæ communī carent appellatione. Videat lector quæ supra dixi. Variis in locis notas sesami tradit Theophrastus lib. I. cap. XVIII. li. vi. & cap. V. Inf. III. VII. IX. lib. II. de caus. cap. II. lib. IV. de caus. cap. VI. & XVI. lib. VI. de caus. cap. XIX. quas suo loco examinabo. Quæ hoc capite scribit Praeceptor, examinare aggredior. Σπόνδυος nomen inditum videtur, δὲ τὸ στέλε, quod quandoque στέλε δenotat, concutio, impello & impulso quod subito & quasi imperu ad messem propelleretur. Columella lib. II. cap. X. Sed hoc quidem semen Cisticæ Syriæque regionibus ipse vidi mense Iunio Iulioque consersi, & per autumnum cum maturuerit tolli. Vel nomen sesamum accepit ab Egyptiis Syrisve, forte Indis. Plinii lib. XVIII. cap. X. Sesame ab Indis venit, ex ea oleum faciunt; color ei candidus. Hoc de altera capiat Lector. Egyptiis semples dicitur. Peculiare à reliquis leguminis generibus folium habere inquit; sed qualiter non dicit. Cap. V. sesami quoddam genus candidum inquit. An itaque cum Plinio dicemus folia huic esse coloris sanguinei? Pingue & amarum esse ex cap. VII. quis colligere posset; quanquam hoc de semine verius, quam folio intelligi debet. Illud etiam notandum, quod caule potius serulaceo describat sesamum, quara arundinatio. Infra cap. IX. emaciare solum inquit, quod crassior, & multiplicior ei sit calamus, radixque numerosior. Contrarium de radice scribit lib. IV. de causis cap. XVI. Τὸ δὲ inquit, σπόνδυος λαπτεῖν ηγετέος πιθανός, η τετραπλός μετροπίζεται, οδοὶ κίνηταις, & παντερπίζεται. Sed dicendum, quod ἀπὸ μετροπίζεται cap. IX. legendum sit βαθυπίζεται βαθυπίζεται sesamum esse, lib. IV. de caus. capite citato, inquit. Recentiores sesamum vocant plantam, cuius figurā apponere visum fuit. Planta est unus caulis, recti, ad cubiti altitudinem extollens, foliis densis, ordinatis, torum caulem vestientibus, solatro proximis, floribus albis, parvis, à quibus siliquæ producuntur, quadricostatae, parvae, que semina flava, lini similia, continent, & gustui dulcia existunt; ex quibus oleum, quod satis appellant Egyptiis, exprimitur. Ad cibos in frequentissimo uero, majori prætio, quam olivarum oleum venditur. Folia, semina, & oleum fere ejusdem facultatis esse, experientia docet. Quippe calidae & humidæ temperaturæ, ad secundum gradum accendentis, resolventis & emollientis. Prodiit Doctiss. Camerario ex semine, foliis binis, longis, subrotundis duplo majoribus ipso semine; & ex ipsorum medio alia emerserunt crenatae; sed ea sepe non explicarunt, planta sensim marcescente. Quod & nos anno 1631. observavimus. An planta, quæ passim pro sesamo ostenditur, sit veterum sesamum, in dubium vocari potest. Etenim calamo caret milio, crassiore & numeroiore. Scapum enim fert fabæ temulum, in quo fabarum modo siliquæ gradatim exent triquetrae aut quadriquetrae, in quibus semen. Qui hoc ob soli mutatione fieri contendunt, nugantur; sicutdem in Syria, Egypto, teftibus Rawolphio & Alpino μονόκαλος, est non secus ac in Italia; Flore præterea fert candidū Αρθος φυλλάδες, dicit Theophrastus, id est, herbacei coloris, vel pluribus foliis constantem. Illud etiam sesamum veterum non esse, ostendit, quod dum viret, nec in foliis, nec in semine amaror percipiatur. Quod Plinii sesamo folia rubentia tribuit, non obest quo minus vulgare non sit legitimum. Potest enim alterum genus esse, quod Theophrastus & ex eo Plinii, candidum designat, quod viri docti negant. Antiquorum enim sesamum,

**S**amum, singulari constat radice, fibris dorata. Ex iis que diximus, nullius valoris argumentum appetit; eorum ratiōnē sequor opinionem, qui sesamum esse negent.

Post sesamum de erysimo dicendum: cognatum enim, & maxime simile erysimum dicit Theophrastus. Duæ plantæ maximæ diversæ hoc nomine gaudent, altera à Diosc. describitur, & ad olerum classem referri debet. Aegineta lib. i. ἐν τούτῳ λαχίστῳ τῷ ὄπινον Εὐρυταῖον καὶ τὸ ζευκτόν  
salaces ad venerem esse ait. Alteram Theophrastus delineat, & ad cerealium classem pertinet. Diversam ergo esse plantam erysimum Theophrasti ac Dioscoridis ex jam dictis patet. Probatur porro, quod Galenus lib. de simplici med. facult. erysimum Dioctordoris igneum & calfa-  
ctorium dicit, ἵππαις φαρμακούσιον τὸν γένος τὸ διατονο-  
φάγεται καρδιώματα, ἔπειτα τῇ δυνάμει πυγμής την τὴν θεραπεύ-  
των αρχέτην, Erysimi semen uti gustu appetit narsimur-  
tio, ita facultate igneum & excalfactorium est. Idem lib.  
i. de aliment. facultatibus cap. xxx. Κατὰ τὸν δινέον τὸν  
τελευτικὸν σπονδιόν τοῦ τόπου τε σώματος ἐστίν οὐρανίς πόνος,  
απίστεγος δ' ἵστι βραχὺτα, Επειδὴ δὲ τούτοις δέδοται τὸ σώματα,  
καὶ μάτια καὶ στοματα. Επειδὴ δὲ τούτοις κράσειν αἴματα Εἰδούσα τε τοῦ  
διψάδη. Ad eundem modum & sesamo erysimum corporis  
substantia quodam pactio est affine, sed in cibo est insuavis,  
corporique alimentum parcus exhibet, prædictioque omnino  
est deterius. Cæterum utrumque temperamento est calidum,  
ob eamque causam sitim etiam excitat. Plinius quoque de  
utroque diversis in locis egit. Attamen non nihil con-  
fundit. lib. xxii. cap. xxv. Irionem inter fruges sesame  
similem esse diximus, & à Græciis erysimum vocari: Galli  
velarum appellant. Est autem fruticosum, foliū erucæ angu-  
stioribus paulo, semine narsturtii. Idem lib. xviii. cap. x.  
Color ejus (sesami) candidus. Huic simile est in Asia Gra-  
ciaque erysimum, idemque erat nisi pinguius esset, quod apud  
nos vocant irionem, medicaminibus annumerandum potius,  
quam frugibus. Viri docti trionum legendum esse con-  
tendant, quod in manuscriptis sic scribatur. Vérum lo-  
cus supra citatus contrarium ostendit. Irionem, inquit,  
inter fruges, sesame similem. Non puto erysimum quod  
inter fruges numeratur, irionem dictum esse. Irionem  
videtur dixisse Latini ab irruendo, quod ignea vi & fer-  
vido sapore irruat in gustum; quod erysimo Dioscori-  
dis convenit. Εὐρυταῖον quod inter olera recensetur, no-  
men accepit διόπτρα τὸν επίπεδον, à multiplici foliorum sectio-  
ne. Erucae enim modo laciniata sunt. Vel διόπτρα,  
quod ob suam caliditatem maxima trahendi vi prædi-  
tum sit. Quod inter fruges refertur, nomen invenit ab  
adverso, dicitur ἑρόσιμον, quasi ἑρόπιτης, quod minime pre-  
ciosum & nobile est. Erysimi notas sparsim tradidit  
Theophrastus, maximeque lib. hoc octavo. cap. primo,  
ubi & quo tempore serì debeat, docuit. Hoc capite fo-  
lium peculiare esse sesamo & erysimo inquit. Eodem  
hoc capite caulem potius ferulaceum quam arundina-  
ceum esse. Cap. vii. sesamo simile esse, & pinguisculum  
(quod de semine, non folio intelligendum videtur)  
ipsaque verba Theophrasti satis perspicue ostendunt, in-  
quirendumque, an viridi à quopiā animali vescatur ob  
amaritudinem li. vi. de cauf. cap. xix. siccum cibo ido-  
neum esse inquit. Excreto enim atque perfecto solis  
opera, quantum in hoc fuerat amari, saporem acquirit  
commendabilem. Viride dum adhuc est, anullo tangitur  
animali propter amaritudinem, & gravitatem saporis.  
Hæc an satis feliciter Plinius interpretatus sit, videamus.  
Idemque erat, inquit, nisi pinguius esset. Idem esse cum  
sesamo, nusquam tradit Theophrastus; sesamo similem  
& pinguisculum, capite citato scribit. Idem etiam Plinius,  
nullum animal vescitur erysimo & hormino scribit;  
Hoc (lego his, nempe sesamo & hormino) & irione nul-  
lum animal vescitur virentibus. Prudentius Theophras-  
tus id indagandum inquit. Aliam præter has notam  
erysimi tradit Theophrastus lib. ii. de cauf. cap. xvii.  
Inter semina numeratque quo minora eo fertiliora. Lo-  
cum adeat lector. Viri docti φησίνεον fagopyrum, sive  
fagotriticum, sic dictum à seminis figura, quod faginae  
glandem, forma triquetra, & colore sordido quodam-  
modo refert, licet quantitate multo minus, erysimum  
esse scribant. Theodorus trionum vertit, quasi trigo-  
num; quod triangulare videret fago pyri semen. Non-  
nulla tamen obstant, quo minus fagopyrum Belgis,  
buechtwept vel, ut alii, hochwept quod τριγώνεον, fo-  
nat, sit erysimum; quod caule tantum non folio rubeat;  
rum quod à nullo respuitur pecude, sed ab omnibus  
avidissime depascatur; quod nullam amaritudinem sa-  
porisque ingratitudinem dum viret, ostendit; præterea

## Fagopyrum.



pinguisculum non videtur habere semen, nec inter minora numerari potest. Ad primum responderi potest, quod Plinius de suo, non ex Theophrasto folia rubra scribat; deinde quod universa planta cum mature scir, amaranthi colore purpureascat; vel etiam quibusdam in locis tantum rubore; sic ruborem multis inesse palmitibus, titymallis atriplicibus, aliisque similibus. Ad alterum argumentum respondent Adversariorum Auctores, Basileae sese habuisse agnum cicutæ helluonem; alibi passim animantia respuere. Sic in Anglia, inquit, vi rentes asparagos veterina non tangunt; post scenicetum in maritimis illis aridis vescuntur. Responsio frivola, & quo nihil probatur. Non tantum in Batavia pecus liberenter vorat fagopyrum, sed etiam in Italia, & Graecia, & ubique tam calidis quam frigidis regionibus. Alii erysimum Theophrasti, & myagron Diocoridis eandem putant plantam. Describitur à Diocoride lib. IV. ca. cxvii. *Μύαγρον*, ἡ μελανπύρων, πόλις Φρυγίανδης, διπτυχος, φύλλα ἵκσου εμφύτη τοῖς τέ ιριθροῖς, ἀρρά, απίκημα στεγάνης (Ruelliis, ac cæteri omnes interpres πάλαι, vel παλιδι λε git. Sed cur vulgata non possit servari lectio, non video. In vasculis enim semina condita, & appressa inter se ver ticillatum quid & oblongum videntur referre. Inter pretes tamen sequor, quia idem semen non ineptè fec nigræco comparari potest.) *λινός*, *λινοερή*, *τὸς λινῶν ταῦτα κόντερις* autē πιφυγμένος, & τοστοποτής παλαδίς, τὸ γένος τούτο τοιούτον. *Myagron*, quam aliqui melampyron, id est, triticum nigrum vocant, herba est è cæmiorum genere, bicubitalis, foliis rubiæ similibus, pallidis: semen vero gerit fec nigræco simile, pingue; quo quidem torrefacto & iuso vir gas oblinunt, siisque lucernarum vice utuntur. Plinius lib. xxvii. cap. xii. *Myagros* herba ferulacea est, foliis simile rubiæ, tripedanea, semen oleosum, quod & fit ex eo, &c. Myagri nomen accepit quod insidentes vel prætervolantes muscas glutine suo implicant & restringunt, nec non caput. Apud Eginetam duæ plantæ habentur nomine, & oleoso succo, cognatae, *Muāgron* & *μύαγρον*, μύαγρος inquit, τὸ απίκημα λινοερή, οὐ μύαγρον, οὐ μελανπύρων. πόλις Φρυγίανδης isti, τὸ λινοερή, Priori loco iphissima verba Galeni resert.

refert, posteriori Dioscoridis in Cornarius in Egineta, myagron ubique legendum censet, non μύαγρον, quod alia non sit herba à myagro. Idem ordinem perturbatum autumat, legitque, μύαγρον, διὸ μύαγρον πόσα φευγαδίδις οὐτὶ νοσεῖ. διότι ἡ τὰ σῶμα ἀντίστοιχη τῆς τῷ σώματι τοποθετουμένης καὶ λιπαροῦ οὐτὶ, τὸ δὲ σῶμα ἀντίστοιχης ικανοτάτην θεραπείαν — vel οὐτὶ ἡ τὰ μύαγρον αἰτία λιπαροῦ, τὸ δὲ αἴτη. Quidam tamen μύαγρον legere malunt, Μύαγρον enim, inquit, sonat pravum, impurum, solidum, cuiusmodi est melampyron. Μύαγρον itaque idem foret quod μύαγρον conspurcatum, contaminatum. Nobis μύαγρον lectio arrideret; tum quia sic apud Galenum, Dioscoridem, Oribasium, caterosse legatur, tum quia etymon satis plantæ naturam exponat. Μύαγρον dictum credo, quod vile sit frumentum & pravum, vicinam segetem hædens. Aliud est ab hoc diversum μύλαμπυρον, cuius Theophrastus & Galenus mentionem faciunt. De hoc alibi agemus. Myagron Dioscorides surculaceam plantam esse inquit, Plinius ferulaceam; Theophrastus; erysimi caulem potius ferulæam referre quam arundinem ait, Dioscorides folii rubiæ describit, pallidis; Plinius rubore folia erysimi dixit. Non itaque videtur una eademq; sed diversa planta. Reliqua alioquin satis convenient. Inter minora semina, semē foenigræci numerari potest, & myagri magis. In capsulis enim compressissimæ drabæ, aut lini, foenigræco simile fert semen, fulvum, sed duplo minus, oblongum, & pingue. Ex semine myagri, cuius figuram addere placuit, oleum multis in locis exprimitur, lucernis, cibisque aptum, quo pauperes in Galliis, teste Ruellio utuntur. Dum viretama-

lius ac præstantius esse. Cicer maximè celebratum Ciceronis nomine. Huic puta à cicere nomen, qui Diis poculum dicavit, in quo cicere cælatum erat, Plutarchus in Apotheg. Ικπωμα δι εργαζοντος θεού αγανθεις τε ψηφιακον ονου παν γραμματον ιον μαριν, αντὶ δι τη κακέων ηγιεινων ιερουπι. Poculum porro argenteum Linu dedicans, prænomen suum, nomenque litteris insculptu, cognomentum item Ciceronis, cicere celato indicavit. Εξινθος Græcis dicitur, vel quod semina in vasculo, quasi flatu distento, bina ferat ad instar telticulorum (quod tamen non de omni, sed de quadam ciceris genere verum est) vel quod maximè venerem excitat. Suidas, ιερινθος τὸ τέλειον αὐθόρπος αἰδεῖον. Λεξιφάντης οφίλαις τὸ δέμα τῶν γραπτήρων, λαβούσιον αὐτόν, διὸ πτερούτης αὐτόν, ιερινθος τετράτην αἰδεῖον, σημαίνει διὸ τοῦ οὐσιαλον Aristophanes Acharm. Τράχοις αὐτός ιερινθος, inquit Schol. τοις τε αἰδεῖοις τε αὐθόρποις, την καὶ ιερινθοις αὐτὸν κρατεῖσι. Ad venerem quam maximè concitat, præter Galenum aliquosque gravissimos auctores, verba hæc testantur Diclis, quæ citantur ab Athenæo lib. II. οὐ διοκτήτης οὐ μαντεῖς οὐ σημάτων. Diocles addidit, esu ciceris turbere veluti fermento quadam molem carnis. Id præstat, quia flatuosum est, non minus quam faba; magisque alit; ea que ratione ad venerem incitat, corpusque tumidum reddit. Ζύμων Platonii est τὸ γανδαρεῖον οὐδὲ κίνος. οὐδὲ αἰρεσις, terreni cuiusdam & solidi motio, & ab aere intus concepto inflatio & distentio, ac in tumorem levem sublatio, ac velut quadam ebullitio. Sparsum notas ciceris tradidit Theophrastus. Lib. II. cap. V. hist. lib. V. de caus. cap. VII. li. VI. I. hist. ca. I. III. V. IX. X. & XI. lib. IV. de caus. cap. XII. lib. III. de caus. cap. XXV. & XXVI. I. eodem lib. cap. XIV. & XVI. ex quibus locis talis fere colligitur descriptio. caule assurgit omnium leguminum firmissimo, lignosissimo, sed obliquo; parva siliqua pauciora semina continet, cum cæteris leguminibus seminum multitudo pro eius magnitudine sequatur. Principium unde siliquis adhæret, eminens est, quo germinat, & radicatur; summam foliorum partem salīlago quedam obducit, altissima radice cohæret; quum legumina fere cuncta singulari nitantur radice; eademque lignosa, & prætenuibus surculis capillamentorum fibrata, & nonnumquam ex latere mittit. Genera videtur novisse Theophrastus plura. Etenim cap. V. magnitudine, sapore, odore, & forma plures differentias sortiri auctor est, uti orobæum & arietinum. Sed videat lector quæ capitato à nobis dicuntur. Ciceris utriusque figuram addidi. Primum pro cicere sativo sive arietino ab omnibus habetur; caules profert tenues, lignosos, ramosos, non nihil hirsutos, in latus declinantes; folia ex pluribus uni pediculo sive pâxi utrimque adnatis, & sibi invicem oppositis congesta; quorum singulare parva sunt, lata & in ambitu crenata, teucrii foliis minora: flores exigui, aut candidi, aut ex purpura rubescentes; quibus succedunt singulæ, parvæ, brevesque siliquæ, utricularum modo, ac veluti à flatu distentæ; in quibus duo ut plurimum, rarius tria clauduntur semina angulosa, ac turbinaria, unoque acuto angulo prædicta, arietino capiti non dissimilia, colore aut alba, aut ex candido pallentia, aut purpurea, aut rubra, rufa, nigra, vel ex saturo rubente purpura nigra, quæ germinationis principium haud obscurum ostendunt. Radice nititur gracili, candida, longaque. Orobæum Adversariorum auctores primum descripsérunt. Narbonæ & Gallo-provinciis plerisque satis per messes flavet hæc, culmo assurgens sesquipedali, geniculato lateratim, quasi in obliquum flexo, leviter striato, fistuloso, foliolis in imo nervulo prolixo hærentibus, lentis ut araci; à medio item ramulis donatur & foliatis pediculis, & juxta summos alarum geniculos complures confertæ siliquæ, uno fere exortu nixa, sese tangunt, & stipant, cylindraceæ, unicam longæ, rectæ, teretes, inter transversa pusilla intervalla flora protuberantibus; singulis quasi torulis, ternis & quaternis articulatum distinctis: ipsa intus semina nulla membranula distincta, pîsum arietinum fermè æquant, obtusa triangula, orobi duplo majora, colore albida, pallida, & subfulva, ab orobo nigredine potissimum distantia, non ingratia saporis, ciceris aut pisi. Hoc an orobæum cicere disputatione non caret. Vide cap. V. His tertium addit Dioscorides lib. 2. cap. CXXV. quod sylvestre dicit. οὐδὲ αἰρεσις ιερινθος οὐδὲ τοις φύλαιοις τοι ιερινθος, δομην δρυμος, τοι καρπον Αγριφέων, ποιησεις ουτοις καὶ ιερινθος. Est & sylvestre cicere, foliis sativo simile, odore acris, sed semine discrepans: quod quidem eadem quæ sativum præstat. Pro sylvestri cicere adversariorum auctores



forem & ingratum saporem habet; quem cum siccatur amittit ac perdit. Verbo totum ut negotium absolvam, omnes notas erysimi habet vulgare myagron, quod & nos cum doctiss. Botanicis asserimus; præterquam quod folia habet ex viridipallentia; quæ, si Plinio fides adhibenda foret, rubentia esse deberent; sed, ut supra dixi, de suo hoc addidit Plinius. Nihil tale apud Theophrastum.

Cicer, uti apud Athenæum legitur lib. II. invenit Neptunus, ον Περσδος οιηρηνα ιερινθον. Neptunum inventorem statui credo, quod plantæ huic perutilis sit, ac familiaris falsedo; tum quod sapor non nihil falsus in foliis, ramis, & fructu percipiatur, uti Theophrastus lib. VI. de caus. cap. XIV docet. Idem lib. IV. de caus. cap. IX, eadem docet, additque juxta mare satum me-

**Storēs duas ostendunt plantas , quarum primam cicer sylvestre verius , alteram cicer sylvestre herbariorum appellant. Quod verius sylvestre appellant ramosum est , caulinolive spargit cubitales , aut etiam longiores , circa quos terna folia trifolii modo , majora , latiora , crassioraque quam singularia arietini ciceris , ambitu tamen crenata , loti sylvestris ferrē æqualia ; flores**

## Cicer orobæum Theophrasti.



purpuraceentes similes arietino ciceri, siliquæ breves, facie arietini ciceris, quod eosque præ se ferunt, ut primo intuitu quilibet cicer dicat. Semina in his compressa, multo ciceribus minora, radix restibilis, singulis annis nova promens germina. Diligenter si attendamus ad verba Dioscoridis, hæc planta non erit sylvestre cicer. Etenim nec odore est acri, & fructum similem fert sativo; contra Dioscorides οὐ πεπόνι φίλεια dixit. Alterum cicer sylvestre herbariorum, caulinos prominit complures, ramosos, humi decumbentes; circa quos folia ex pluribus ad unam costam commissa, veluti arietini ciceris, sed ambitu haud crenata, securidicæ foliis idcirco similiora; flores in pediculis juxta caulinos exeuntibus, è luteo palentes, spicato ordine producent. Succedit folliculi exigui arietini, ciceris fructus ritu, una plures collecti, coluteæ figura, nigri, non nihil hisutæ; in quibus semen exiguum, durum, planum, splendens, gustu phaseoli; radix satis altè dimittitur, fibris aliquot firmata. Hanc plantam proxime accedere ad cicer sylvestre cum herbariis dicimus. Similia folia dixit Dioscorides ciceri, quod eodem ordini & ritu posita sint. Quod si crenata forent, quam proxime quoad formam figuram ac cederent. Videat lector cap.v. hujus libri.

"O<sup>ρ</sup>εγ<sup>έ</sup>σι δικτύον τὸ ἵππον πόδας τῶν τοῦ ζώου, quod boves eo vescentur & saginatur. Diocorides lib. i i. cap. XXXI. βῆσις ἢ λιπάνεις οἴφης τὸ θηρητήματος boves autem saginat, si elixum apponatur. Galenus lib. I. de aliment. facult. εἰ δέ διδίσθαι τὰς ὁρμῶν παρήκματα τοῦ κατακλυσματικοῦ ιδεῶν υδατος απογεγυαντας εἰς ἡδερωποι τελείων αἰτίαν πάντας Φατιγμάτος τάχιν, καὶ γάρ αἰδίσθαιντο εἰς κατακλυσματος. Σὺ λιμός ἡ ποτὲ μεριάς καὶ καταποκεφατητὸς ήρεψεντος εἰς αἰτίαν γης βιαιων εἰς αὐτὸν προσβαίνοντα. Boves tunc apud nos, tunc alias per-  
rasque gentes, ervum prius in aqua dulcoratum pascuntur;  
homines vero ab hoc semine prorsus abstinent. Est enim in-  
suavissimum. & pravi succi. In magna tamen fame, quem-  
admodum Hippocrates, quoque scriptus, necessitate coadi,  
ad ipsum nonnunquam accedunt. Virgil. Eheu quam pinguis  
macer est mibi taurus in ervo. Mirari satis nequeo, quod  
scriperit Suidas, ἔργον εἰδος κεφατος. Hordei non est ge-  
nus, sed leguminis. Recetē Hesychius, ἔργον εἰδος λατεξι-  
Bobus, seu potius vaccis pabuli illud genus datur, quod  
lac augere creditur. Aristoteles lib. III. hist. animal.  
cap. XXI. τὸ τερψίνην εἰδότον σύντονον γάλα, ποιεῖ τὸ πολὺ ιτεῖο,  
οἷος μέντος καὶ οὔροβος — διὰ τὸ οὐροβότον καὶ τοῖς κυνέστις & συγ-  
φίεσσι. πίκτην γάρ καλείτοντον. Pabuli genus aliud lactis co-  
piam extinguit, aliud auget, ut cytisus & orobii —  
Ervum prægnantibus non prodest, facit enī partum omni-

non difficiliorem. Utebantur veteres orobo ad expiationes, & piacularia, teste Plutarcho, locus est in quæstionibus Græcis, ubi quaerit, cur orobum Trallianus ἡγεμονος vocarunt. *Als.* η Τραλλιανος καθημετηρε τον ὄροβο, Εχεστην μεγαλεστην τας αφοναις Επει τον καθημετηρε, οπη πελεγης Μινυαν τη παιδιον ειπαλισσων αντες την πολιν κει την καθημετηραν, θερον διεπαλισσων καπελιθητες, Εκαπηπουτητες, σωτη της Λειχεων ο διεφθαιρουσι ξεδι φυγη, αιδη δι αριχανιαν οι οιδιδιτεροι υπελειφθησι αντει, τετοιος εξειδια λόγοι οι ιχνοτες ζεντων οις δεσταλυμένων, νέμοι ιδειτο, τοι, κτεινατη Μινυαν η Λειχεων Τρελειλανδην, κακησην την μεδιμνον ορεζων, διπτεροποντην της οικιας τη Φοινικητος. Cur Trallianum Orobum cathartera id est lustral vocant, utunturque eo maxime ad lustrationes & expiations? Leleges & Minyae quondam Tralles, regionemque ad urbem pertinentem, pulsis vi Trallianis, vi occupaverunt. Reuersi postlimio Trallianis, rerumque potiti, quotquot Lelegum non perierant, neque profugerant, sed ob inopiam ac imbecillitatem remanserant Trallibus, eorumque neque viventium, neque morientium, ac pereuntium ullam habentes rationem, legem tulerunt, ut si quis Trallianus Minyan Lelegemve occideret, is medimum (mensura est aridorum, capiens quinos modios Sicula mensura, vel senos Attica vel Romana plura Suidas) ervi, si necessariis interfici demetiaretur, castus purusve cædis haberetur. Ervi five, orobi notas sparsim tradidit Theophrastus, ut lib. II. cap. v. lib. VII. cap. I. hist. cap. XI. lib. IV. de caus. lib. VI. hist. cap. V. Ubi ait, in silqua cylindracea, id est que volvi potest, semina ferre, ejusdem figuræ, quæ se invicem in silqua continent, eique adhærent. Dioscorides lib. IV. cap. CV. *Æthiopis* semen ervi magnitudine esse inquit, κρηπον δι τοις μικροσ οργανος διο οιν αιγαλια. Idem lib. III. cap. CLVII. de lithospermo, (vulgo milium soler, officinæ solis vocant) ανιψης λιβαδες, προσγύριον, λευκὸν, ορεζων μικρον ομοιον. Cap. LXXV. ejusdem libri, Dorycnii semen folliculum simile ervo scribit. ιετη ακρη ιετη πονηρη θυλακια, ουτετη ιετη θυλακια, εν οις απειρηπα τροχηρα η ουτοις οροβοι μικροι λια. Cap. X. diu durare, & phalangra in iis nasci. Orobis alias notas tradit loco citato Dioscorides, οροβος γνωσθει μετα θυλακον, οροφυλλον, λευκης, ηχης απειρηπα ει λευκοι, ιετη μικρη το καλεμπορο οροβοις αλευρος. Ervum exiguum frutex est, omnibus cognitus, angusto folio, tenuis, in silquis parva gerens semina, e quibus farina fit, ervina dicta. Differentias quædam orobum habere I heophrastus cap. v. lib. VII. hist. scribit, quod ex Dioscoride etiam colligi potest, cum inquit επιλιξ την ιντερφεις και λευκης. Elige uberiora & candida erva. Contra Galenus lib. de alimentorum facult. primo, ητη διοι φαρμακονδις ει αιτοις οι λευκοι, την επει τη ηκαθον, η σχοι αφιερωματον. Inter orobos albi minus sunt medicamentosi, iis qui ad rufum aut pallorem recessunt. Idem tamen Galenus lib. de antidotis in composit. trocisc. scylliticorum, albos eligendos scribit, μιγητη την λευκων δροσεων αλισφαρον, ιαγνεας γραε ιτη την μη λευκων πικρον. Candidi ervis farinam admisce, nam quod candidum non est, amarum supra modum est. Pro affectus itaque morbique ratione ervum candidum aut flavum eligemus. Pro ervo omnes ferè Botanici habent plantam, quam Itali vulgo monachon vocant; sarmentosa est foliola ac humi procumbens, caulibus ac ramis multis se implicantibus, foliis parvis, longiusculis, angustis, lente minoribus, pluribus utrimque pari exortu per intervalla prodeuntibus, uno in cacumine permanente. Flores quandoque fert parvos, colore purpurascentes, nonnunquam candentes. Sequitur silqua pilo fere similis, sed brevior, graciliorque, in qua concluditur semen magna ex parte rotundum, sed uno eminente angulo ad instar ciceris, sed multo immo ipsis erviliis minus, non ingrati saporis, pressa, stricisque, inter granum & granum filiqua, colore quandoque candidum, non raro rufum, pallidum quod quasi inter album & rufum medium est, raro occurrit. Dodonæus hanc plantam negat orobum veterum esse, quod folia non habeat angusta, sed lentis modo alata; tum quod nulla gustabilis qualitas, evidenter amara, aut ingrata semiini inest. addo non esse Cylindraceum. Ad primum tamen argumentum facile responderi potest (quod vidit etiam Dodonæus) nempe singularia, ex quibus totius folii compositione est, esse angusta, sed cætera satis ostendunt non esse veterum orobum. Nec minus à vero recessunt qui arachnum Dodonæi & Herbariorum ervum dicunt. Nam nulla huic inest amaritudo, nullusque ingratus sapor.

**Orobus receptus Herbariorum Lob.**



Duas plantas forma, facie, viribus, natali sole admodum diversas, φανός nomen audire; leguminis nempe genus, & aquatricam plantam, constat, ut quidem arbitror. Aquaticæ φανές historiam lib. IV. tradidimus. Hoc capite de legumine nobis erit sermo. φανός, sive φάνη dicitur, quasi ἡ τὸ φάνη κυκλώσ, εἰσ φανέην, vel φάνησθε, quod oculos hadat & hebet. Diocorides lib. II. cap. CXXIX. φανός βιβρωτοῦδρός συνεχας ἀμελλυντός. Lens frequenti cibo aciem oculorum obtundit. Galenus lib. I. de aliment. facult. cap. XVIII. testatur. οὐσίας ἡ ἐπέψυται αβλάντις ὥρη τῆς ιγνής Διαρκείαν ταπετηραῖσσα. Eandem ob causam visum integrum & inculpatum hebet, ipsum immoderat exiccans. Vel φανός dicitur, quod semen ejus formam & ideam maculae faciei, sive oculi referat. Ab his maculis Diocorides φανός nomen reportavit. Suidas φανός, Διονυσίδης οἵατο ἴγρανθή, άλλα τετράφυλλος φανός. Vel φάνη, quasi φάνος dicitur, unius litteræ mutatione, quod hujus siliqua granis compressis circinatam lagenulam efformare videatur. Suidas φανόν exponit δίχεις εἰδῶς ιδεύσκεις μύρεις ιοδὸς οἴστροιν πεποιημένη, αἰσθαντα, vasis genus, quod aqua replebatur à rusticis ascœnula dictum. Versus hujus meminit in lexico Galenus, Αἰσθαντος, inquit, καρφίας οὐκ ηγεμονεῖ φανός οὐαδέσην. Vires tegulas, quas etiam lateres & lenticulari vocant. Vas erat lenticulæ forma, quo aqua calente, aut oleo pleno, fatus adhibebantur. Vide Hipp. de nat. muliebri καὶ τοῖς φανοῖς τοῖς οἰστροῖς τοῦ θύρον ἔρχεται. Celsus lib. II. cap. XVI. ubi de fomentis agit, quin etiam calido oleo replentur utriculi, & vasa fictilia ad similitudinem quas lenticulas vocant, aqua concipiuntur. Hic locus exponendus Plinii est, qui lib. XVII. cap. XII. Duo genera ejus in Aegypto, alterum rotundius nigriusque, alterum sua figura. Vnde vario usu translatum est in lenticulas nomen. Invenio apud autores, aquanimitatem fieri vescentibus ea. Alterum sua figura inquit. Unde vario usu translatum est in lenticulas no-

men. Hoc vult Plinius, lenticulas appellari varii usus vascula aliasque res pressula rotunditatis, quae est suæ lenti figura. Etius lib. ix. cap. xxviii. Φακόν πυρηνίσα vocavit, vascula quædam fictilea arena, aut aqua calida impleta, quæ colicis imponebantur calefacien- di gratia, vel fatus dissipandi; quomodo in dolore co- lico ventri, & hodie sacculos arenis calidis repletos, & lateres calidos imponunt. Etiam vasculum fuit, quod vitandi frigoris causa inter manus teneri solebat. Apud Justinum Martyrum pro aheno, aut vase in quo cineres five reliquiae Sibyllæ Cumanae condite erant, positum legitur. οὐδὲ τὸν πολεμῶντα καὶ φακόν παῖς χαλκοῦ κατεπονεῖσθαι τὸν εἰπεῖν Φάκον αὐτὸν συζητεῖτε. Apud Galenum lib. vi. Method. cap. ult. Φακότις σκηνωτις lenti- culata scalpra, quorum in extremitate quiddam lenti non dissimile prominet, levius obtusiusve acutum, in cuspidem exiens, οὐδὲ ἄπικη, οὐδὲ γυμπών μέρος τοῦ βαθαλαῖου (vulgo legitur τοῦ θαλαῖου) σκηνπία, τούτῳ Φακογεδεῖς τοῦ πολεμοῦ αἰματινοῦ καὶ λειχεοῦ ἔχοντες. τοῦ δὲ κατὰ τὸ μῆκον ὅρθιον, οὐτοις σημεῖον κράτη τὸ ιητόν τοῦ πατερὸς Φακογεδεῖς ἴπ- κειται τῷ μηκεῖ τοῦ Φάκου. Si vero unam semel nudaveris par- tem, ac scalprum quod in cuspidem p̄fixam habet obtu- sam levemque lenticule speciem, aciem vero per longi- tudinem erectam submisericis: ubi latam partem lenticulae super membranam statueris, series malleolo — In inicio capitinis instrumentum σκηνπία φακογεδεῖς vocari script. Athenæus lib. x. φακόν appellat, ornamenti lecto- rum genus, lenti simile. Ut in sceptris torno factis, sunt bullæ, & nodi, & quæ vocant Græci condyloma- tata, sic in lectorum pedibus ac columnis sunt φακοὶ lenticulae, quas antiqui Græci, Persæ, Romani lami- nis æreis ac argenteis tegebant. Τέ πίστον δ' αὐτὸν ἀξιω- σιτοῦ. οὐδὲ οὐδὲ θεοδωροῦ ιστοριῶν αἴτιον τη ποιησεῖ πάντα ποτέ τιλοί ισχυν, φακὸν τῆς κλίνης τοῦ χαλκοῦ οὗτον κατέστη μετάδεξας. Ro- gante vero Persa, quod scribit Theodorus, suis viribus di- gnum ut aliquid faceret, lecti columnam, lenti similiem fregit, flexileque ac molle reddidit. Lentem latinos vo- calle, scribit Plinius, quod æquanimos vescentes, faciat. Hinc viri docti colligunt, lentos dictos patien- tes, lenes, molles, minimè iracundos, quamvis & pi- gri, segnes, incuriosi sic etiam vocentur. Martial.

Tu spētas Hyemē succinētī lentiā amici  
Prob scelus, & lateris frigora tuta times

Haud scio an Plinius verum scriperit. Tota Medicorum schola uno ore asserit, φακόν καρκίνους οὐ μελαγχολικόν esse, Dioscorides, Galenus, Agineta, verbo ut dicam, paucim hoc omnes docent. Galenus lib. de succ. boni & mali cibi cap. vii. οὐδὲ τῆς φακῆς, ὅτι καρκίνος οὐτε καρκίνη μελαγχολικός, χιλούροις αἷμοι, lentes vitiosi & melanocholici succo esse, omnibus notum arbitror. Idem lib. de aliment. facult. imo, ubi non tantum pravum succum & melancholicum generare scribit, sed eos qui largius lentibus vescuntur, elephantiasin incurrire & cancrum. Εἰκότως δὲ οἱ πλεονάζοντες τὸν τέτταν τῷ ιδίῳ ματτώστε καλύψαντες ιδίφαντας ἔχοντες τὰς καρκίνας, εἰποῦσαι γάρ εἰ τὸ παχύ καὶ ἐπορχυόντος μελαγχολίου γένεσιν καρκίνον. Hæc de lente, non Græci tantum ac Latini, sed etiam Arabes testantur. Præter veritatem itaque scribit ex auctoritate Florentini Geoponicæ auctor lib. II. cap. xxxv. οὐδὲ αἰγαλία φακὴν ινθυματοῦσαν ταχίζει τοῦ ιδίου. *Egyptia lens in cibo accepta, letitiam afferit & conciliat.* Quod qua ratione præstare id possit, quod vitiosum & melancholicum generat succum, non video; maximè cum constet ex Plutarcho, lentes mortuis appositas, nec non ingruentium malorum præfigurum esse. Hæc verba Plutarchi in Crasso, οὐδὲ οὐτε τούτοις οὐτε ποτε μηδὲ τῷ Διοσκύρῳ μετεπιδρούσι τὸ εἰποῦσα τοῖς εργατοῖς, πεντα πάντων δοῦλοις φακὸς καὶ ἀλατούμοις ἡμέας πειθούσα, καὶ τοσούτην τοῖς ίκεστιν. Ad hac accidit postquam transmisit amnum, ut quum militibus frumentum metiretur, præberet ante omnia lentes & salem, quæ Romani habent pro feralibus & defunctis apponuntur. Hinc apud Athenæum lib. IV. legitur τραγικόν γένος ἡ φακὴ ιανία ψευστατος ἴφην. Archagathus dixit, tragicam esse lentem. Has aliaſque ob causas, lens pauperum ac tenuum cibis dictus est, quæ fastiditur, simularque lautior fortuna contigit. Aristophanes in Pluto ιφιγένειαν, ινέγματον, εἰπειτα πλευτὸν οὐδὲ ηδετη φακῆ. Effugi malum, inveni bonum, ubi, dives est, haud lente gaudet amplius. Isidi ac Osiridi lentis germina & flores offerebantur. Plutarchus libello citato, Τίκτονδή τε Αἴρποκατην τοῦ τρε

τὰς κλιμακαντας απεῖδη καὶ παρέργη, σὺ τοις περιστατοῦσι καὶ περιβλαστούσι. διὸ καὶ φάσκων ἀντὴν Φυσικῶν ἀπεκρίθης ἐπιφίρεσται. Et peperisse *Harpocratem* sub *solfistium* *hybernnum* *imperfectum* & *recentem*, quod tum *prævii flores*, & germina prima enascuntur, ideoque ei *lentium* (*Interpres fabarum*, tanquam *φαῦλαν* scriptum esset, lens *Ægypto* est familiaris) *nascentium primitias* offerunt. Lentis notatas sparsim tradidit Theophrastus ut lib. II. cap.v. hist. lib.v. De cauf. cap.vi lib.vi lib. vii hist. cap. I. cap. IIII. v. & lib. IV. de cauf. cap. xvi. Ex his locis talis colligitur descriptio caulis. In latus spectat; siliqua in latitudinem molliter funduntur; minoris silique pauciora fert. leguminum est fertilissimum; parvum enim fert semen. Plinii *lentium* Historiam cum *salvia*, aliisque plantis confundere, supra lib. VI. annotavimus. Lentis duo genera fuisse veteribus cognita jam ex Plinio intelleximus; vulgaris & *Ægyptia*. *Ægyptia* præstantissima videtur fuisse, Martialis.

*Accipe Niliacam pelusia munera lentem  
Vilior est alica , carior illa faba.*

Pro lente habent omnes Botanici, plantam cujus figuram apposui. Tenuibus caulinis exit, duriusculis & cibliquis foliolis, ab utraque medii pediculi parte multis & angustis, viciæ similibus, sed angustioribus & mino-ribus, flores exigui sunt, colore purpurascentes: siliquæ parvæ, latæ, semina in his parva, rotunda, plana, compressaque, colore quandoque subrufa, quandoque ex

### Lens.



*Iuteo pallida*, nonnunquam ex cano alboque fusca & nigricantia. Differunt etiam magnitudine, alia enim exigua alia magna. Satis de lente.

Δολιχοί recentiores φασίολον vocarunt. Utrumque nomen ab effigie & longitudine siliquarum, aut fructus accepit, qui lintrem, lembumque naviculam exprimit. Alii λόβον & λόβιον dixerunt, uti testatnr Galenus lib. I. de Aliment. facult. Cap. xxvii i. ubi locum hunc Theophrasti citat. Verba Galeni hæc sunt, τὸν δὲ λόβην (Suidas proparoxytonos δλιχοί) hoc legummen vocari ait.) οὐαρε γέρωπται μέρος τοῦ πολλῆς μετά τῶν ἄλλων σύνα-  
τος τοῦ φύτου ήμερος απορριπτόν τοῖς δόφεστοι γέρωποι οἱ καὶ τοῦ  
τοῦ μετατοῦ παποκεφατούς, ωτοτερήν καὶ απόθετον ὑδρίθορον ἡγεμόνα  
ἔχοντας τούς δύο μεράζεις τῷ απόριμοι τῷ κηπυομένῳ φυτῷ, καλούμενοι  
τὸν τοῦ πολλῶν καὶ τὸ πολυτελέστατον αὐτοῦ μέτρατον. οἷον μὲρος γρι-  
λοβίσις, οἷον τοῦ φαστόλυκος δομομέτρου, αὐτὸς διεγένετο παποκεφα-  
λιβαῖον τὸν φυτόν παραφριγμένον καὶ διεγένετο ποτοπέτην ἔτερον

*appellabat, in agris dolichos, non aliter quam alia legumi-  
naseri, figuramque eos habere quam cicerculæ longiorem.  
Hæc rarum admodum fuisse dolichum ostendunt; Ac-  
cedit quod nec Columella, nec Palladius sationis hujus  
meminerunt. Phaselus verò vile ac familiare legumen  
fuisse, Romanisque notissimum, docet versus Virgi-  
lianu*

*Seu pinguem viciam seres, vilemque faselum.*

Phaseli sationem descripserunt, Columella, Palladius: Columella lib. 11. ca. x. Ab hoc recte phasellus terra mandabitur, vel in verracto, vel melius pingui, & restibili agro, nec amplius quatuor modis jugerum obseritur. Haec fugarunt apud Dioscoridem lib. 11. cap. cxxx. legendum est in Phaselis, Phaselis. Confirmat hanc nostram opinionem, quod tanquam notissimam plantam descriptionem ejus prætereat, tum quod nusquam lathyri mentionem faciat. Dolichos Aetius similacem hortensem vocari ait, & lobum. Ex eo quis colligere non potest, dolichum à Dioscoride similacis nomine descriptum fuisse; præsterim cum hoc similacis genus lobum vocari scribat. De similacis voce hoc loco nihil dicam; abunde de ea lib. 3. & lib. 14. hist. egi. Scribit Theophrastus, hoc capit. 111. & lib. 14. de caus. cap. xxv. ascendere, & in altum abire, nec non frugiferum esse dolichum, si ligna quis longa affixerit; secus eruginosam fieri. Ex his verbis colligit Galenus, dolichum & Phaseolum eandem plantam esse. Nec hoc tantum inde colligo, sed etiam similaca dictum dolichum, quod, aliarum similacum instar, arbores condit & amplectatur, eruginosa sit & vitiosa si ligno non affixa sit haec planta; idque quod ab humore, qui est in superficie terræ, & quod halitus propter foliorum multitudinem & densitatem prohibeatur, depascatur & laedatur. Hoc eodem libro cap. decimo, facile perire ait. Describit phaseolum sive similacem hortensem eleganter Dioscorides lib. 11. cap. CLXXVI. σμίλακ κηπιανὸς ἡ καρπὸς λόσια, τοῦτον δὲ καταρρέει καλάτης. Φύλλα τοῦτο διδυμαὶ, μελαχτεῖαι πλεῖ τοι, καυλὲς δὲ λεπτὲς σινετὲλινες (Sic cum Doctiss. Saraceno lego). Carent enim capreoli phaseoli. Nectamen minus amplectuntur arbores, sique circumPLICANTUR, ac si capreolos haberent. Solicaules, pro ut sunt graciles atque sequaces, claviculorum modo perticis & vicinis fruticibus sese intorquent; ac ii ipsi sunt qui foliis comitati. Quae ex intervallis adhucuntur, usque adeo plerumque excrescent, ut in hortis attegias, pergulas, testudines, scenas, & tentoria inumbrent, & opacent. Quare illud quod sequitur & illud πεπτελεγμένος non claviculis, sed caulisbus ipsis merito tribendum est) πεπτελεγμένος, τοιοῦτος δικαιουεος θερμοῖς πεπτελεγμένος τοι (Sic legendum idem Saracenus docet. Licet, inquit, ιλίκων vocem non ignoro apud Dioscoridem tum masculino, tum foemino genere promiscue efferri: id tamen participium, ut & præcedens, jure meliori ad illud καυλὲς, quam ad ιλίκων referendum videtur) ιφ' ιντονόν, οὐτε καρποποιῶνθει καρπόν δὲ φίλες διδυμοῖς πλεῖ, μακροχτεῖαι δὲ καρπομότερον, οὐδὲ καρπομότερον οὐδὲ φερεῖσθαι ιστορεῖον, εἰκάσιον, εἰκάσιον δὲ καπνορρίζονται. Διαχωρίνεται εἰς βραχίονα οὐ καρπόν ιντονόν τοι τοι σπειρεμάτοις οὐδὲ αποπεργατοπέπτηκες οὐ καρπόν ιντονόν τοι. Smilax hortensis cuius fructus lobata (quasi filiglulis dicas) & à nonnullis asparagus nominatur, folia habet hederae, sed molliora, caules tenues, clavicularum instar sese propinquū fruticibus implicantos, qui guidem in tantum adolescent, ut topiarii operis attegias, seu cameras opacent. Fructum autem profert fanigraci, sed longiorem, & insigniorem, intra quem semina concluduntur renum similia, non aequali quidem colore, sed ex parte rufescens (Oribasius ιαπωνέφυει vel ιαπωνέφυει ιαπωνέφυει, sed ex parte subpurpurea) is porro fructus, seu potius silqua, cum semine asparagi modo elixa, oleris instar estur (unde credo asparagi nomen accepisse) Vrinam vero ciet, & gravia & tumultuosa somnia facit. Dolichum nostrates vocant turkse-boonen, id est, fabam turciam. Caules profert tenues, longos, ramulos, perticis aut vicinis fruticibus sese circumvolentes, folia per intervalla hederæ foliis majora, mollia, nonnihil aspera, tria uni pediculo herentia. Flores fert numerosissimos, candidos, pallidos, flavescentes, purpurascentes, rubentes, amethystinos, erviliae non dissimiles. Siliquæ deorsum pendunt longæ, rotundis latiores, extrema parte in parvum velut unguiculum definentes; in quibus semina continentur septem, octo aut novem, oblonga, in latitudinem compressa, parvis renibus ac majoribus vulgaribus bonis similia; sed minoras colore admodum variantia. Con-

spicuntur enim nivea, flava, ex flavo obsoleta, purpurea, rubra, laticerei ferè coloris, amethystina, violacea, atro-violacea, nigra, initio purpurea, dein atra, sèpius bicolora, nonnunquam tricolora, maculis atris, pullis, gilvis, rotundis, guttatis, oblongis, obliquis, circulatim, tænitim, aspersa, nitentia, etiam venis albis, nigris distenta, item carneæ & cinerea, similibus venis infregna. Alibi

## **Phaseolus.**



*purpurascens, orbibus albis variegata, vel spadice nigra, maculis aspera, nonnulla incana atro colore, vel ab una parte vel utring, notata. Ita ut recte Dioscorides et iosephus scripserit. Quod duplci modo accipere possumus, & quocunq; modo accipiamus verum est. Vel enim non sunt aequalis omni ex parte coloris, sed diversis & variatis coloribus, vel sunt coloris dissimilis. Reperitur & phaseoli genus siliqua sursum rigente. Hoc genus in foliis nullam habere asperitatem scribunt. Et haec de Phaseolis, quos Europa alit. Non minor sane varietas in phaseolis ex America, Africa, aliisque regionibus allatis, procul ab orbe nostro remotis; quam in his quae in Europa nascuntur. Infinita varietas in his fructibus reperitur; plurimos etiam à naucleis fructus accepimus, qui mixtae naturæ evidentur, ad phaseolorum classem tamen referendi. Horum plurimas recenseret in phytopinace differentias Bauhinus, ad quem lectorum remitto.*

**S**equitur dicitur Græcis, quod cæteris leguminibus calidior sit. Acrimoniam enim & amaritudinem habet, ut tradit Theoph.lib. iv.de caus. cap. i. & cap. xvi. eaque de causa diu conservari potest. Vel sequitur vocatur, quod multum indigeat caloris ad germinandum. Solo enim adhuc calido sparsum germē fundit. Rationem hanc adfert præceptor, quod durum & incoctile est. Multum ergo caloris, inquit, desiderat. Vide cap. viii.lib. iv.de caus. Vel sequitur nomē accepit, quod sequitur aqua calida lavatur & maceratur, ut amarorem exuit tristem & molestum. **Q**ua de causa à Virgino tristis dicitur lib. i. Georg.

*Aut tenuis fætus viciae, tristisque lupini  
Sustuleris fragiles calamos, sylvamque sonantem.*

Apud Alcipho. λυπηρά εἰσιν hac eadem de causa dictum reperio. Suidas forte λυπηρά εἶδος οὐραγίς, ἡ γέφυρα τοῦ λεπτού, οὐ δέξια, οὐ δέξια τοῦ δέξιου. *Lypenaria* species leguminis, quæ *Thermos* vocant, vel *therma*. Rectum enim *Thermon*, λυπηρός tristis, anxius dicitur. Græci *Barbari* λεπτοί vocarunt. Cyrillus in lexico λεπτοῖς λεπτοῖς Nonnus de morbor. curat, cap. I. λυπηρῶν τοῦ έργου στύλων στύλων.

Apid Athæneum lib. II. legitur, Polemonis testimonio, lupinos apud Laconas lysias vocatos πολιμαν δι Φοιτ τες λυκιδα μοι γι τες θερας λυσιαδες ( alii λυσιαδες legunt ) καλει. Apud eundem Athenæum loco citato, θερακωνικον vocatum lupinum legere est. και οπισσων Φοιτ το θερακωνικον επι τη νη επι λιγατι. Latini lupinum nominarunt, quod sicut lupus terram appetit, & in fame terra vescitur; ita-lupinus, ut Plinius lib. XVIII. cap. XIV. docet, adeo tellurem amat, ut quamvis fructuoso solo conjectum inter folia vepresque, ad terram tamen radice perveniat. Vel lupinus dicitur, quasi lupis relictus & expositus; ex eo, quod ut, idem ait Plinius Impunè præterea facit, vel derelictus etiam, si non protinus secuti obruant imbres, ab omnibus animalibus amaritudine sua tutum. Gontrarium tamen videtur scribere Plinius, eodem hoc cap. lupinorum usus promiscue (sic hunc locum correxit docti). Salmasius) cum sit, & homini & quadrupedum generi unguis habenti communis, remedium ejus, ne metentes fugiat extiendo, ut ab imbre tollatur. Ab hac contradictione vindicabitur Plinius, si dicamus ex Theophrasto lib. VIII. cap. VII. viridem lupinum à nullo animali mandi; vel si dicamus, probè maceratum dulcem esse, nondum elixum amarum. Notarunt etiam recentiores lupinos inventini dulces & amaros. Planè dulces nondum gustavi. Arabicos minus amaros esse, quam vulgares vel sylvestres, docet experientia. Viridem non mandi à bobus, auctor etiam est Geoponica, auctor, και τοις αιδεινοις της βεβη πολιτειαν ποιει παντας την ποταμην, ειντονος την επιφορτην της πικρων. priusquam florescat boves in spissum impellito: omnem enim aliam herbam depascent, ipsum lupinum non attingent, velut amarum. Macerati dulcesut dixi redduntur, quod Zeno Cittieus οιγνoravit, apud Athenæum enim legitur. Διο και Σηνας οικτηνοι οικηγος αντη παντας της παντας παντας επιπλεον τη δια απασιας ιδιας ισχειται η μειλιχης. εποιη της πυριθομενης δι τη τεχνη την Αιγαθορην, Ιλεια τη αντη της θερας παντας. και γη εκτηνης πειραιας Αιγαθορην πικεπτης ειναι, πονθιτας τη γλυκης και αρωματικης. Quapropter Zeno Cittieus in familiares durus ac tracundus, multo vini haustu cum placidus, & lens fieret, interrogatus, quid nam sic ingenium mutaret; id accidere sibi respondit, quod lupinus, priusquam madefiant aqua, amarissimus, postea quam maceratis sint, & appotis dulcissimum & mitissimum. Lupinus etsi amarus, cibus fuit Philosophis maximè consuetus, Cynicorum pera præcipue semper his referta; uti versus Cratetis apud Aristotelem testatur.

**Οὐκ ὅιδα πήρε δύναμιν ή λίκην ἔχει  
Θέρμωντε χοίνιξ.**

*Nescis quantum pera virtutem habeat  
Et lupinorum chœnix. Quid sit vide capite sequente.*

**Ad cynicos qui vescebantur amaris lupinis**, eosque in  
pera gerebant, tespexisse Horatium, scribunt li. 1. epist.  
capit. viii.

*Nec tamen ignorent quid distent æra lupinis.*

Ad versum Cratetis. vel cynicos si respexit Poëta, nō impeta fortassis foret vetus lectio. Quid distent erva lupinus. Ervum pabulum bobus est gratissimum; à lupino abhorret bos. Vulgata tamen lectio placet. Respexit Poëta ad Plauti locum, ubi lupinum aurum comicum vocat. Nam in scena nummis ex lupino factis, pro aureis utebantur comici; quin etiam hodie pueri ex lupinis nummos efformare solent. Unde Horatius, quid distent erva lupinis; id est, quantum nummus vilis, sed tamen probatus, distet à falso; itemque vilis homo, sed tamen probitate insignis, à malis. Lupini notas plurimis tem lupinum sabulos locis oportet, cum secundum florem: rubricosis, cum seruum egerit. Illic dum tenerum est convertitur, ut celeriter ipsum prætreat, permisceaturque gracilis solo: hic jam robustius, quod solidiores glebas dsutus sustineat, & suspendat, ut eæ solibus astris vaporate resolvantur. Idem eodem lib. cap. x. Lupini primaratio est, quod minimum operarum absunt, & vilissime emitur, & maximè ex iis quæseruntur, juvat agrum. Nam vineis, iam emaciatis, ac arvois optimum sterco præbet, ac vel effato solo provenit, vel repositum in granario, patitur evum. Habet hæc ex Virgilio Columella, ex Catone Virgilius.

bores, observare non licuit. Videat lector quae cap. citato à nobis dicta sunt. Alia quædam tradit Plinius loco citato. Nec ullius quæ serunt natura assensu terræ mirabilior est; primum omnium cum sole quo tâse circumagit, horasque agricolis etiam nubilo demonstrat. Geponicus auctor loco citato. Απολέκεις δι φωτα, ὃν ἐγκρυπτησασ εἰς την τοι ἡλια, καὶ τοις ἀργεσ τοις ἀργειοις την πρωσ δι, εῦοι, καὶ συνφές εἰσι ὁ αὔτη. Apuleius ait quod singulis astris circumagatur cum sole, & agricultor horas diæ indicat, et iam nubilosus sit aer. Idem lupino contingit quod malvae, cuius folia semper solem aspiciunt; solii pars quæ mane orientem, ea meridie meridiem, vespere occidentem aspicit. Non semel hoc in sativo sive arabico, etiam sylvestri observavi lupino. Ter, inquit Plinus, præterea floret. Idem scriptum reliquit Columella lib. I. ca. XVI. Idem narrat auctor qui libellos cxx de agricultura posteritati reliquit. Αἰθούσα τὸ τελετον. Nec hoc fabulosum; floret apud nos, primum quidem sub fine mensis Maii, vel initio Junii, deinde sub fine Junii, aut Iulii initio; tertio vero Julio, aut Augusto mensibus, & hunc florendi ordinem tertiat, si anni tempestas calida, siccaque fuerit, semenque Aprili mense terræ mandatum. Fructus qui floribus Iunio, Iulioque mensibus succedunt maturescunt; rarius qui Augusto ac Septembri nascuntur mense. Terram, inquit Plinus, amat terraque operari non vult, & unum hoc seruitur non avaro ( inculta querere & amare, non uno loco dixit Theophrastus, quarum maxime sabulosa & siccata, atque etiam arenosa Coli: ita que non vulnus Tellurem adeo amat, ut quamvis fructuoso solo conjectura inter flosa vepresque, ad terram tamen radice perveniat. Pinguescere hoc satu arva vineasque aximus. Itaque adeo non eger simo, ut optimi vicem representet, nihilque aliud nullo impedio confiat, ut quod ne serendi quidem gratia opus sit afferre. Geponicus auctor loco citato, θεμετος εἰς τὴν αδειν γῆν παρόποιος, καὶ οὐ δύοτει καπτε. αὐτοὶ γοῦ μετατραυτικοὶ ποιοὺς γοῦ αὐτοὺς γῆν καρπάζουσι. Εἰς ιούστα, αυτοὶ, εἰς τὰ μέλαινα εὐφορεῖσι. αἴτιοι γοῦ τετρά, δεῖ γοῦ αὐτοὺς λεγέσιαν μετα βεργίον ξηραιορδήματα τοι τοι οὐκαὶ επιποτε γῆν διατυρτε. Eft autem seminandum in terram imbecillum, neque opus habet stercore: ipsam enim terræ stercorem exhibet. Nam omnem debilem terram stercorat, & in posterum fertilem facit, floret tertium, metitur post pluviam; arefactum enim ex vaginulis extiliens perit. Idem lib. I. I. cap. V. ινιζετο τὸ μηνι (μαΐο) οπετεῖ τοὺς θερμους τρέχεις τοῦ κυρωσα, καὶ τοδέπας τῷ γῆν παρειλαῖς, ἀπετεῖ τοῦ εἰδῶν τέμενος πειραίδει τοῦ σφυροῦ, τοῦ ὄγρευς ὄντος, καὶ ταῦτα διελατίται οἱ τρεπτήρει, καὶ μετα ταῦτα αργετεῖται τοι παχωδεῖται τοι δέσμηνται τοι δεμεναι, καὶ ὄντως αἱ πιλα πάσιν διεφθειργται. In hoc mense (Majo) lupinum fodere convenit, quod stercorandæ aequaliter purgandæ terræ gratia seminatum est; deinde ante idus, ante quam vatis floret, secare, quum aabuc humidum existat, & demessum sinere, ut paululum putrescat, & postea arara donec desectum adobratur, atque sic radices omnes corrumpantur. Hæc vera esse testatur Columella, auctor gravissimum lib. II. ca. XVI. Iam vero, ut ego reor, si deficiatur omnibus rebus agricola, lupini certè expeditissimum præsidium non deesse; quod cum exilis loco circa Iauis Septembri sparserit, & inaruerit, idque tempestivè vomere vel ligone succiderit, vim optimè stercorationis exhibebit. Succidis autem lupinum sabulosi locis oportet, cum secundum florem: rubricosis, cum tertium egerit. Illic dum tenerum est convertitur, ut celeriter ipsius putrescoat, permisceaturque græcis solo: hic jam robustius, quod solidiores glebas distinxit. stineat, & suspendat, ut eæ solib[us] aëtivis vaporatæ resolvantur. Idem eodem lib. cap. x. Lupini primariatio est, quod minimum operarum absunt, & vilissime emitur, & maximè ex iis quæ seruntur, juvat agrum. Nam vineis, jam emaciatis, ac arvis optimum stercus præbet, ac vel effuso solo provenit, vel repositum in granario, patitur evum. Habet hæc ex Virgilio Columella, ex Catone Virgilii.

*Alternis item tonsas cessare novales,  
Et segnem patiere situ durescere campum,  
Aut ubi flava ceres mutata semine (Sidere) farraz  
Vnde prius letum salsqua grassante legumen,  
Aut tenues fætus vicie, tristesque lupini,  
Sustuleris fragiles calamos sylvamque sonantem.*

Cato, ut dixi, lib. 1. segetem stercorari docet lupino, faba, vicia. Quæ sequuntur apud Plinium, capite ultimo hujus libri examinabo. Lupinorum genera non novisse videtur Theop. Siquidem unius tantu sylvestris meminit, Diosc, Galenus, alijs; mediae æratis Græci, lupinum

Sativum, & sylvestrem dicunt. Sativum non describunt, de sylvestri Dioscorides lib. **II.** cap. **CXXXIII.** *λιπόνος ἐγγένειος τὸ ιπέριον, νομὸν πάντας τὸ μηδενῆς* (vetus codex *πηγένειος*, quam lectionem probat Galenus, utramque lib. **XXII.** cap. **xv.** Plinius & experientia) *ποιῶν ὅσα τὸ ιπέριον.* Est & *sylvestris lupinus sativo similis*, sed omni modo minor, (amorior, utraque lectio veritatem amicam habet) qui quidem, quae *sativus eadem prestat.* Recentiores lupinum dividunt in sativum & sylvestrem. Sativi duo genera in horto medico Lugdunensi, nec non nostro conspicuntur, flore albo, & flore partim albo, partim cæruleo. Sylvestris plura præterito anno ex Hispania accepimus genera, quæ ob æstatis tempus frigidius & humidius, ad frugem non pervenerunt. Lupinus sylvestris flore cæruleo reperitur. Flos hujus ex purpura cæruleus, aut subrubeus, aut roseo colore rufescens à Dodonæo aliisque descriptus, ut etiam luteus. Aliud genus flore luteo tantum, & semine differens habimus; colore nempe obsoleto, ac ingrato, semine parvo admodum; aliud partim luteo, partim rubro. Villosum lupinum cæruleum majorem in prodromo descriptis Bauhinus. Meminit & peregrini lupini Pœna. Trium lupinorum effigiem addidimus, sativi, vulgo arabici vocati, sylvestris flore cæruleo, tum & genus sylvestre folio tenuissimo & minimo, quod Theophrasti

### Lupinus sativus.



judicamus. Reliqua enim genera decimo vel duodecimo à satione die pullulant. Sativas sexto, septimo, ad summum octavo; hoc verò genus Aprili mense satum circa finem Iunii pullulat, quod de lupino non uno loco Theophrastus testatur. Illud addo, rectè Theophrastum scripsisse, lupinum sylvestrem. Nam & sativus natura sua sylvestris est.

Foliorum & caulinum differentiis expositis, florum differentiam aggreditur; haec duplē esse tradit pro naturæ & positionis. Naturalis differentia est, quod quidam flores sint lanuginosi, ac foliosi, quidam mutilati sive decurrenti, alii contra. Positionis differentia quod alia circa semen flosculum habeant, vel non habeant: quod universim, vel particulatim florent. Mutilatum florem vocat, cuius inferior vel superior (quod tamen rarum) pars brevior, ac quasi decurrentata videtur. In pisi alterius icona, nec non ciceris sylvestris trifoliati conspicere licet etiam ononis lib. **6.** & simile, horum enim & plurimum leguminum flores dupli folio constant, quorum alterum inferiorem siliquæ tegit cariædam, alterum su-

### Lupinio sylvestris angusti folius.



præ eius dorsum protenditur, sib utroque latere paulum se reflectens, alarum modo. Et tali flore omnia legumina gaudent, ac papilionacei nominantur, quod papilionem volantem quodammodo æmulentur. Lanugo, inquit, esse flore milium, & panicum. Utriusque historiam hoc loco addemus.

*κίνχη*, sive uti apud Strabonem legitur, *κίνχην*, dicitur à minutis sicum granis sive gigartis numerosissimis, quas *κινχηγμίδας* vocant. Fortassis nomen illud inditum, à *κινχήδι* *avicula*, quæ in altis urbium turribus nidificat Latini tinnunculum à voce & sono nuncupant. Hippocrates *κινχης παταλος* vocavit. Galenus in glossis, *παταλέης, ὡς κινχηγμίδας, παταλος γδ̄ ο κινχης*. Nomen hoc accepisse videtur, quod semen minutissimum, farinæ instar, ferat. Suidas *παταλος η ἀλευρόποιος* η λεπτὸς παταλος παταλος ἢ αἴθη πολλοῖς λέγεται. Infima Græcia παταλος vocavit. Simon Sethi *παταλος κινχηγμίδας*. *Πίστη* lexicon græcobarbarum exponit *panis genus*. Sane ex milio panes factos suisse extra omne dubium est. Macras regiones, ut Bigeronum, annonæ inopiam milio sustinere gravissimi testantur auctores. Stabo lib. **v.** *Εστὶ δὲ κινχηγμίδης* (loquitur de Tyrrenorum, sive Heretrorum regione) *Ἄγριος τοις Αγριοῖς τοις εινόποιος. τοῦτο δὲ μικρὸν εἶναι ἄγριος.* Tum ob aqua copiam milii feracissima est, quod est præsentissimum famæ remedium. *Πίστη* iraque, si panis genus, ex milio conficiebatur. Latinī milium vocant, ut Varroni li. **iv.** de lingua latina placet, à Græco derivatū. Nam id prius *μίλιον*, post *μίλιον*. Galenus tamen & Dioscorides *μίλιον* panicum intelligunt. Probabilior Festi opinio, milium dictum à copia seminum; quasi millesimum ferat granum. Tantæ enim est feracitatis, ut granum singulum ternos reddere sextarios feratur. Milii notæ variis in locis dedit Theophrastus lib. **i.** hist. cap. **xviii.** in membranula ferre semen. Quæ lib. **viii.** cap. **i.** de milio dixit examinavi. Radicem describit, cap. **ix.** lib. **viii.** & cap. **xvi.** lib. **iv.** de cauf. Locum videat lector. Lib. **viii.** cap. **vii.** aqua non indigere. cap. **x.** celeriter & diutius posse servari, sed diutissim in Media. Lib. **ix.** de cauf, inter ea quæ minutissimum semen ferunt & ferti-

fertilissima sunt numerat. Lib. IV. hist. cap. XVI. & lib. IV.  
de cauf. cap. XI. pluribus tunicis vestitum esse, ait ideoq;  
diu servari. Duobus vestitur tunicis conspicuus. Præter  
enim primam cutem nitidam; altera subest tenuior.  
Hoc cap. IIII. caulem ferre arundinaceum scribit, flo-  
rem lanuginosum, ac φόβην habere; quam vocem infra  
ad capitis calcem examinabo. Mili genera duo sunt,  
vulgare & Indicum. De vulgari prius, deinde de Indi-  
co. Vulgare multiplici fruticat culmo geniculato; fo-  
lia habet ampla arundinacea, summo caule non spicam,  
sed effusam promit jubar, sive φόβην, deorsum reflexam,  
flavi ut plurimum coloris; subinde nigricantem, in qua  
semen gignitur, parvum, durum splendensque, paucis  
tenuibus tunicis convestitum, a quibus facilime excidit;  
radice nititur numerosa, altaque. Semen ut plurimū lu-

### Milium.



**t**éum, aut album est. Reperitur & semine nigro. Seritur  
hoc in Argovia Bernatum frequenter. Foliis est latioribus  
quam vulgare, sed caule non adeò alto, juba minore  
& sparsa, semine aliquantum majore & rotundiore, &  
ad pultes conficiendas altero longè viriliore. Vulgare  
à suo cortice deglutitum, oryzæ modo coquitur; ejus  
farina in panes coqui nequit, ob naturam friabilem; nisi  
ferventi aqua utrantur, ut lentorem quendam assūmat, &  
sic quoque panes redduntur friabiles, dulces. Indicum  
milium defcribit Plinius lib. xvi. cap. vii. *Milium in-*  
*za* hos decem annos ex India in Italiam advectum est, ni-  
grum colore, amplum grano, harundineum culmo; adole-  
scit ad pedes altitudine septem prægrandibus comis; jubas  
vocant ( vulgo culmus lobos ) omnium frugum fertilissi-  
mum, ex uno grano terni sextarii gignuntur. Seri debet  
in humidis. Hujus milii meminit Dionysius de situ or-  
bis

<sup>¶</sup>Αλλοθι μὲν ἡδὲ κέγχει τὸ μέρος εἶται, ἀλλοθι δὲ  
αὐτό.

*Provenit milium, alibi surgunt  
Calami erythraei.*

Hoc genus Herodotus arborescere dixit. Viri doctiores sorgum, sive melicam milium putant Indicum esse. Illud fatendum est, omnes habere notas, quas de eo tradit

Plinius (luculenter à Dodoneo describitur;) tritius, qua-  
tuor aut pluribus assurgit culmis arundinaceis, præaltis;  
septem, octo, subinde decem pedum altitudine, vel am-  
pliore; novem articulis, ut plurimum geniculatis; me-  
dulla candida farctis, foliis & singulis geniculis cubito  
longioribus, trium, quatuorve digitorum longitudine;  
juba dodrantali aut longiore, milii crassiore, erecta, non  
dependente, grano multo, quam milii majore, ac lentis  
fere magnitudine, alias in rufo, alias in plerius nigra-  
cante; radicibus nititur fibrosis, multis, ac validis. To-  
ta planta arundinem refert, culmi & spica semine ma-  
turescente rubescunt. Huic similis alia quædam meli-  
ca candida reperitur, quæ arundinaceis foliis præaltis  
& geniculatis culmis effusa juba sorgum quoque re-  
fert; sed semen ejus rotundius, & candidum est.

*Edu* vocasse videntur veteres *πάνικον*, *πάνικον*, quod implicatam, involutam, coarctatam, ac acervatam granis folliculo intectis jubam habeat. Plinius li. **xxxviii.** **Cap. vii.** *Panicum à paniculis dictum, cacomine languido nutante, paulatim extenuato culmo, pene in surculum prædensis acervatur granis; cum longissima pedali obba. Milii come granum complexæ simbriato capillo curvantur.* Antiquus noster codex. *Panicum à paniculis dictum; cacomine languido nutante: paulatim extenuato culmo: pene in surculum prædensis acervatur granis: cum longissima pedali obsimili comæ granum complexæ, quæ simbriato capillo curvatur.* Prædensis inquit acervari granis. Nihil notius Botanicis, quam jubam sive paniculam, ferre oblongam, crassam, prædensam, ex multis coacervatam, & compactam granis rotundis, duris, splendentibus, folliculis quibusdam intectis, colore subluteo, milio similibus, sed minoribus; Theophrasto μίλιον, Dioscoridi vero μελίνη dicuntur, (& sic scribendum apud Theophrastum mox docebo), dulcedine ac mellea quadam suavitate δέ τὸ μελίνην πανικόν. Hinc apud Plinium lib. **xxxi.** cap. **xxv.** *Panicum Diocles medicus mel frugum appellavit.* Hic opinioni non favet Galenus, qui lib. de alimento facult. scribit. οὐδὲ τὸ μελίνην πανικόν νῦν μελίνην τοῦτο μελίνην. Nihil dulcedinis, inquit, inest feminis milii & panici, maxime autem panici. An igitur ab auctoritate, sic dictum panicum. Viri doctissimi à nigro δέ τὸ μελίνην nomen inditum esse putant. Atqui tum μελίνη, non μελίνη dicendum foret. Verisimilius sic dictum à semine, quod colore est luteo, ac scripsisse Plinium, *Diocles meliam frugem appellavit.* Dixi μελίνη legendum apud Theophrastum, idque quia Dioscorides & Galenus sic vocatum asserunt. οὐδὲ τὸ μελίνην, inquit Galenus, νῦν μελίνην εἰ μελίνη, (sic enim legendum non μελίνην) ὄμορφόν τοι. Idem lib. de cibis boni & mali succi cap. **vii.** ἐλαύνω γέ σοι φυτα τὸ μελίνην δ' αὐτὸν οὐ μελίνη τοι παλαιόν. A panico, quod à nonnullis priscis etiam meline nominatur, prossus abstineas. Panicum Plinius dictum inquit à glomerolis, tuberosis, coacervatis, ac implicatis quasi racemis in paniculam sive offam nutantem, palmum & sesquipalmum longam aggetis. De panico sparsum quædam tradidit Theophrastus, quæ lib. **viii.** cap. **i.** examinavimus. Libro eodem cap. **viii.** aqua non indigere, scribit. **Cap. x.** diu posse servari. Causam addit lib. **iv.** de caus. cap. **xvi.** quod plurimis constet tunicis. Eodem cap. & libro, quia imbecille est facile perfici, lib. **ii.** de caus. cap. **vii.** radicem & caulem habere validum; eumque arundinaceū, hoc capite; non mirum itaque, si tibias ex panico fecerit antiquitas. Vide Pollucem lib. **iv.** cap. **x.** Eodem hoc capite florem inquit esse lanuginosum, id est molle, qualem habet cauda vulpina. Panici meminit Dioscorides lib. **ii.** cap. **cxx.** Εδυμόν, οἱ μελίνην τοι ειμῶν ιστοριατον κινητον ομοιον. — *Panicum, quod alii melinem appellant, è cerealibus est seminibus, milio simile.* Idcirco Theophrastus milium & panicum ferè semper conjungit; panicum, quod sativum vocant, radice, folio, culmo, flore milio simile est. Culmis enim multis prodit, intus farctis, geniculatis, ac sensim extenuatis. Folia ei arundinacea sunt, multo quam tritico latiora. Paniculis differt. Sunt enim in panico oblongæ & pedales, crassæ, prædensæ, non ut in milio, divulæ, sed racemi instar ex numerosis granis compactæ; hirsutis, rotundis, duris, splendentibus folliculis quibusdam intectis, colore subluteis, milio similibus, sed minoribus. Radice nititur valida & fibrata. *Sunt*, inquit Plinius loco citato, *panico genera: mammoso, è pano parvis racemato paniculis, cacomine gemino. Quin & colore distinguuntur candido, nigro, ruffo, etiam purpureo.* Panura

## Panicum.



appellat φόενη, jubam panici, totam illam scilicet φωτι, quae pano similis est, fuso nimirum & lanugineo subtegmine involuto. Panicularum nomine intelligit parvas φωτιδας, quae in glomerosi panici pano sunt; ut in uva sunt racemi. Ideo addit hujusmodi panici panum, racematum esse paniculis. Porro panus propriè est, tramae involucrum, quo trama scilicet involvitur. Panicum observarunt recentiores panicula variare. Majore enim & minore reperitur. Variat minus paniculis albis, flavis & purpureis; semen habet album, luteum, rufescens. Addunt tertium recentiores Indicum, spica obtusa, coerulea, quae in calidioribus magis saturata conspicitur, ab adversariorum auctoribus descriptum satum Martio mense; ante Augustum arundinaceos culmos, quales cannæ saccharatæ, hominis proceritate erexit, crassiores digito, medulla fungosa pallente farctos, rectos, geniculatos, qui proximè radicem (quam pro sui magnitudine minorem, & ferme panici prioris magnitudinem habet) coeruleo, eleganti, nitido purpurascunt; ut etiam in summo cylindracea spicæ, vel coni superne retuso fastigio, ad effigiem Indici Mais, seu frumenti Turcici, nient, stamineis apiculis, florum ex coeruleis dilutis & gemmulis, grano dense eleganterque stipatis, oblongis, teretibus, coeruleis; avenæ nudatæ similibus quadantenuis, minoribus, copiosissimis. Folia harundinacea mediis secundum longitudinem nervus percurrit, lata medio tenuis internodia involventia. Gustus miliaceus — Phalaridis historiam addam; cuius semen institutores canarii philomelis sive passeribus, plusquam saccharatas & mellifluas cantilenas modulantibus, pascendis vœnum asportant. Φαλαρίδη nomen accepit, δέ τοι φαλαρίδη, quod semen splendidum candidumque reddat. Spicam spuma alba obductam esse, non semel observavi; latum Aprili, seu Majo mense apud nos feliciter provenit; semen sub finem testis maturum ostendit, granum hoc in Melita, ubi cumeno vocatur, Canariisque insulis frequens. Vnde vulgo semen Canariense vocatur. Massilie notum. Describitur à Dioscoride lib. XII. cap. CLIX. Φαλαρίδη κανένα εἰν αὐτῷ εἰν πολὺν λεπτόν τὸ δέρμασιν πολλά, διάτονος, γενετίδη, καλαμπούδη, τοιχώτη τοῖς τῆς ζεας, ιχνότερη ἢ καὶ γλυκιά τῇ μενοι, τῷ φύλλῳ ἢ ὄφει τοῖς τῆς ζεας ιανίμηρος ἀπότομος, λινής, ψεύτης. Phalaris caulinulos emittit, à tenuibus ac nullius usus radicibus, numerosos, bipalmes, geniculatos, culmis zea similes; graciliores tamen, ac sapore dulces, folia itidem zea: semen vero mili magnitudine, candidum, & oblongum. Phalaris culmos tres quatuor-

que, etiam nonnunquam quinque primit cubitales, aut etiam majores, geniculatos, zea aut tritici culmis minores. Folia item similia, sed minora quoque; spicas breves, turbinatas, exiguis squamis candicantibus compactas; è quibus flores candiduli, à brevibus staminibus dependent. Semen deinde inter eas gignitur splendidum, candidumque, ut milium majus, oblongum, splendens, lini semini forma & magnitudine. Meminisse hujus plantæ Plinius lib. XXVII. cap. XII. Phalaris Thymum habet longum, tenuem ceu calatum, in summo florem inclinatum; semen simile sesame. Si vulgare sesamum,

## Phalaris.



quod sempitè Egyptii vocant, veterum est sesatum, comparari non inepte cum eo potest. Sin alia planta, ut supra scripsimus, an rectè Plinius dixerit, afferere nequeo. Duo genera sunt phalaridos, quorum vulgare semen fert album, alterum nigrum. Et hoc in Melita, alterum sive vulgare in Canariis insulis frequentissimum.

Tandem fructus historiam aggreditur, ac frumentacea spicam ferre ait. Quid sit spica, alibi me dixisse memini. In frumentaceis illud est spica, quod multis granis compactum in rotundam longitudinem assurgit. Legumina, inquit, siliquas ferre. Quid siliqua sit, cuilibet notum; tegmentum nimurum oblongum quo grana five semina includuntur. Milium inquit ferre φόενη, φόενη in animalibus juba dicuntur, in hominibus vero plantisque coma appellatur; à Plinio, in panico offa. In milio juba. in mileacis plantis quid sit φόενη, docet ipse Theophrastus; nempe arundinacea & effusa coma; id est, culmi appendix processusque. Aliis in plantis non semper pro coma, sed etiam nonnunquam pro foliis ponitur, ut apud Nicandrum in Theriacis εἴδε φόενη φόενης αἰεβαλιώνης, & folium viridis portu comedere cupressi. Ad hunc locum scholasti. φόενη οὐ φένη, τοι φόενη. Hoc imitatus est divinus Poeta quarto Georg.

Ille comam mollis tantum tondebat acanthi.

Etiam apud Horatium coma pro fronde — Re-deunt jam gramina campis. Arboribusque comæ. Jubam itaque miliacea ferunt. Alias dein fructuum recentes differentias, de quibus lib. I. cap. XVIII. ubi easdem sermè in arboribus reperi docuit. Et sunt facilis. De seminum copia ac fecunditate, nec non robore vi-deat lector lib. IX. de caus. capite jam sape citato. Hunc.

Hunc de fructuum differentiis locum exscriptus Plinius lib. **xviii.** cap. **vii.** *Omnium satorum fructus, aut spicis continetur, ut tritici, hordei, muniturque vallo aristarum quadruplici, aut includitur filique, ut leguminum: aut vasculis, ut sesame ac papaveris. Miliū ac panicum tantum pro indiviso & parois avibus exposita sunt: indefensa quippe membranis continentur. Idem Plinius pagina sequenti ejusdem capit. Orana in stipula crinito (sic Φάσην vocant) textu spicantur, in faba leguminibusque alternis lateribus filiquantur, fortiora ad hyemis frumenta, legumina*

*in cibo.* Hæc separare à superioribus non debuerat, sed iis adnectere. Illud in dubium vocari possit, an omnia legumina in siliqua ferant. Etenim illud, in quo cicero arietinum Dodonæi semen fert, silique nomen ameretur, dubito. Folliculi sunt unciali longitudine, hirsuti, flatu distenti. De cicere sylvestri Dodonæi primo nihil dicam, imaginem & descriptionem videat lector. Dicendum folliculos, Theras, yalyules, ad siliquarum classem esse referendam.

K E Φ. Δ.

C A P. IV.

*De frumentorum inter se differentia, & generibus, hordei, & tritici, & eorum differentiis. Quantumque nascatur in Asia frumentum.*

**Τ**Αὶ μὴ ἐν ὅλᾳ γένῃ ποιάυταις ἔχει Διαφοράς τὰ μὴ ὁμοιογενῆ. τὰ δὲ ὁμοιογενῆ, δηλούντα τὸ τεμερῶν αἰώνων λαίδιαν. οἷον τὸ σταδῖον, πυρός. τὸ κεραθή, τὸ φανοφυλλότερον, καὶ λειοκαλότερον, καὶ πυκνότερον, τὸ Διουπλακικόν τε πέργαλον ἐχόντα καλὸν, καὶ τὸ διαθλαστικόν τε πέργαλον, ἀμαρτίας τὸ ὄμβριον, τὸ καλόν, τὸ καλόν τοῦ περγαλοῦ, τὸ μάλιστα γαρ δὴ γυμνοστέρων τὸ κεραθή. \* πολύλοβον τὸ τῆς πίφης, καὶ τὸ ὄλυρον. καὶ ταῦτα τὰ ποιάυτα. καὶ μάλιστα παιώνων ᾧ εἴπειν ὁ τὸ βρόμος. εἴτε δὲ καὶ υψηλότερον οὐκάλαμον τὸ πυρόν τὸ κεραθή. τὸ τεσχυντικόν τομένον ἐχόντα φύλλα μᾶλλον ὁ πυρός. τὸ ἱδιον τὸ καλόν τὸ αὐχυρον τὸ κεραθίνα τὸ πέργαλον. ἐγχυλότερον τὸ μαλακότερον. Διαφέρει τὸ τὸ κεραθή τὸ πυρόν. η μὴ γαρ τοιχόδιάδης ὁ τὸ πυρός αἰσιοχόμον. καὶ πανταχότεν τὸ μαλός τις. τῷ μὲν ὄλῳ γένῃ ταφές τὸ γένον τοιάυτα πίνεις εἰς Διαφοράν. καθ' ἀκάπετον δὲ τάτων πάλιν, οἷον πυρῶν τὸ κεραθήν, πολλὰ γένη, καὶ τοῖς καρπῖς αὐτοῖς Διαφέροντα, καὶ τοῖς στέχυσι, καὶ τοῖς ἄλλοις μορφαῖς, καὶ ἐπ ταῖς διαφοραῖς τὸ τετράτικον αἱ τετράτικοι καὶ πεντάτικοι ἀλείσμενοὶ τετράτικοι. καὶ γαρ τοιχότην τὸ γένον εἴτε πυκνότερον δὲ αἱ τοῦ τετράτικον αἱ τετράτικοι καὶ πυκνότεροι δὲ τὸ φύλλων, τὸ κεραθίνα τὸ πολυτικόν τοῦτο τοιχότερον. Διαφέρει τὸ μεγάλην τὸ αὐχυρολαστικόν τε εἶναι, καθαίτερον εἰπομένη τὸν Ινδικόν. Εἰ τοιχίνες τὸ τὸ μέρος, μεγάλοι καὶ μακρώπεροι τὸ κεραθή. τὸ τὸ ἑλάτικον καὶ πυκνότερον τὸ αὐτόχθοντες τὸ φύλλων, τὸ μὲν πολὺ, τῶν δὲ μικρὸν, ὥσπερ τῶν τὸ Αχιλλείων καλεσμένων. καὶ αὖταν τὸ τῶν κεραθῶν αἱ μὲν εργυγολόπερχαι καὶ ἑλάτικες αἱ δὲ, τοσομηκέτεραι εἰς μείζυς, καὶ μακρώπεραι τοῦ τοιχίου. ἐπ τὸ αἱ μὲν, λευκαὶ, αἱ δὲ, Πτητοφυεῖται. ἀπεργεῖ τὸ πολυάλφιτον δοκεῖσιν εἶναι. καὶ ταφές τὰς καθιμάνας τὸ καὶ τὰ πίνευματα καὶ ὄλως τὸ αἴσχεον τῶν λευκῶν ἴσχυρότεραι. πολλὰ τὸ γένη τὸ τῶν πυρῶν εὐθύς εἴτε, δοπὸ τῶν χωρῶν ἐχοντα τὰς ἐτανυμιέσας οἷον, Λιβυκές, Πόντιοι, Θράκες, Ασσύριοι, Αιγύπτιοι, Σικελοί. Διαφέροντες τὸ τὸ γενοῖς, τοῖς μεγέθετοντα. τὸ τοιχίον τὸ γενοῖς εἴδεστι, εἴτε διόπησι. ἐχαστοῦτον τὸ διάστημα μεσοτετέλαιοις, καὶ μάλιστα ταφές τῶν σίτησιν πίνεις καὶ αἱ τὸ αὐτόν τοὺς τεσφορτορέας οἷον τὸ Καγγαρούδιος, Στλεγγυρός, Αλεξανδρόμονταν αἱ παντάπτως οἱ τοῖς εἴρημένοις τὰς Διαφοράς ληπτίσον. καὶ ἡκίστο δὲ οἰκεῖον, εἰ τις λαμβανεῖ τὰς τοιάυτας. οἷον εἴσιν οἱ μὲν πεωώιοι, οἱ δὲ, ὄψιοι, τὸ καὶ ἑναρξέεις, τὸ πολύχοοι οἱ δὲ τὸ ὄλυγοχοοι. Εἰ μεγάλοστάχυες, οἱ δὲ μικροστάχυες. καὶ οἱ μὲν συνκαλυκι τολμῶν, οἱ δὲ ὄλιγον \* ἐχοντες, ὥσπερ οἱ Λιβυκές. Καλάμου οἱ μὲν λεπτοί, οἱ δὲ παχύν. τὸ τετρ

**E**rgo cuncta genera tales inter se differentias habent. Quæ vero generis ejusdem consortia sint, his pro partium sane inæqualitate differentia datur. Ut inter frumentacea triticum angustiori folio, quam hordeum conditur, & caulem leviorem, ruptuque difficiliorem id habet. Ad hæc triticum tunicis integitur multis. Hordeum nudum est: id enim omniū maxime caret tegumento. Tipha quoque, & **t**iligo, & omnia hujuscemodi, multiplici folliculo **t** Olyra. includuntur. Ac omnium (ut ita loquar) maxime avenam natura operuit. **Q**uin etiam culmus altior tritico, quam hordeo est, **t** & spica plus discreta à foliis emicat. Palea quoque suavior, quæ ex tritico quam quæ ex hordeo: utpote quæ plus succi retineat, & mollior sit. Ad hæc hordeum à tritico differt, quod hordeum in versus spicatur. triticum nul-  
lo versu conditum est, sed æquale undique constat. **G**enus totum ad genus, tales habet differentias. Rursus eorum utrumque in plura genera, ipsis etiam fructibus, & spicis, & reliquis formis, atque etiam viribus, affectionibusque discreta, dividi sane potest. Est enim in hordei genere aliud binis ordinibus, aliud ternis \* quaternisque: sed plurimum, se- \* **A**liud qua- nis. Est enim & ejusmodi quoddam genus. **Q**uod ternis, aliud vero pluribus construitur versibus, hoc semper fere **quinis: sed** spissius, posituque est arctius. Magna, quoque in **plurimum.** Indico differentia: quandoquidem ramis repullula-  
re possint, ut dixi. Et spicæ vero aliis grandiores, ra-  
rioresque sunt. Aliis minores frequentioresque. Et  
aliis distantiores à foliis: aliis proximiores, ut Achil- **t** **C**anchry-  
leis cognomine. Et hordeorum ipsorum aliud ro-  
tundius, minusque: aliud oblongius, majusque, at-  
que in spica rarius. Item aliud candidum, aliud ac-  
cedens ad purpuram, quod & farinam reddere co-  
piosius creditur. Et contra hyemem, & flatus, & in  
totum contra eceli mutationes candido validius ef-  
se videtur. Tritici quoque genera plura notantur,  
cognomina ex locis sortita; ut Africum, Ponticum,  
Thracium, Affyrium, Ægyptium, Siculum: quæ  
& colore, & magnitudine, & specie, & proprietate  
inter se differunt. **Q**uædam etiam aliunde cogno-  
mina habent pro suis viribus, tum aliis, tum vel  
maxime quæ ad cibum pertineant, ut Cachrydias,  
**t** Stlengus, Alexandrinus: quorum omnium diffe-  
rentias in supradictis colligere licet. Nec vero ab  
re fuerit, si illa quoque pro differentiis sumas. A-  
liud præcox, aliud serum. **t** Aliud auctu amplum  
multumque reddens. Aliud jejunum parvumque se-  
rens. Aliud spicam grandiorem effundens, aliud  
parvam. Aliud diu in folliculo manens, aliud quod  
brevi perficitur, ut Africum: & aliud culmo tenui  
constans, aliud crasso, quod etiam ipsum Africo  
datum est. Crassum tamen & Cachrydias nactus est.  
Item aliud tunicis paucis, aliud multis vestitur, ut chrydias.

Thracitum: & aliud unicalatum, aliud multicalatum: \* & magis, minusque. Adde etiam si quid aliud his, aut prædictis ratione virium proximum magis quod sit. Ejusmodi namque differentiae magis naturales plures sunt. ¶ videantur. Quibus & trimestrium annumerari genus par est, & bimestrium, & si quid intra pauciores dies valeat consummari. Et in Eubcea genus quoddam intra quadraginta \* dies crassari perfici- natae con- que posse affirmant; idemque firmum esse ac pon- sentaneae derosum, nec modo trimestris leve. Quamobrem videntur famulis id præberi inquiunt. Etenim nec multum quam utiae aliae, & circa æneam? in hoc furfuris esse volunt. Igitur genus id celeri- \* Dies à sa- mum quidem ad consummationem, sed inventu ra- tissimum est. Et bimestria verò quædam habentur, tu augeſce- quæ ex Sicilia, & in Achajam advecta sunt: sed re perfici- hæc parum reddit; parumque fœcunda habentur, que. Quanquam cibo facilia & jucunda sunt. Nascentur & alia quædam genera in Eubcea, & præcipue apud Caristum. Trimestria verò permulta, & ubique ha- bentur. Levia hæc & parum fœcunda & unicalama sunt, atque in totum infirma. ¶ Levissimum igi- tur triticum, ut simpliciter dicam, Ponticum est: \* ponderosius ex iis, quæ in Græciam advehi solet, Sicut in ipso exortu, atque. Siculum. Sed eo ponderosius, quod Bœotia fert. Indicium afferunt, quod athletæ qui in Bœotia ter- rissimum nos semifextarios vix possint consumere; cum Athe- nas ferantur, facile quina consumunt. Leve satis & quod in Laconico agro conficitur. Horum igitur causa in terris coeloque sita est. Nam & Asiae ultra Bactra quodam in loco adeò grande frumentum fieri tradunt, ut nucleis olivæ sua æquiparent ma- gnitudine grana singula. In Pissotis autem dictis adeò firmum nasci affirmant, ut si quis plus comedere- rit, disrumpatur necesse sit: & Macedonum ita ple- rosque interiisse ajunt. Absurdum sanè, & levitati trimestrii absonum, quod in Pontico evenit. Ver- num enim durum admodum est. Hybernum autem molle est. Levitate enim molle plurimum differt.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

**C**orrexere ex Theodoro, Κείμενο στοιχυδωποργία. Emen-  
da διδασκαλίας περγ. Non autem δυσκαλόβοτε περγ.  
Οὐ καρέσ. Nusquam legi croco, avenam significari,  
σεργίους.

*Kai σύχνως απηρτημένων ἐγγένειον φύσις μαλλον. Theodorus. Et spica plus discreta à foliis emicat. Discretum posuit, pro eo, quod est distare. Sublimior est à foliis tritici, quam bordei spica. Plus distat à foliis: Sic sublimes columnas ait Ovidius.*

*Ἐγχυλάτερον γὰρ τὸ μαλακότερον. Hoc falsum est. Quae-  
dam enim molliora, quo minus madida, ut panni, ἐσ-  
τρια. Itaque Theodosius legit, καὶ μαλακότερον.*

a. Itaque Theodorus legit, καὶ μαλακωτέρη.

*enim multa spicantur in versus quædam ternos, alia etiam quaternos.*

leant rarioribus: Et hic scribat multeque, nō ἐξαντίκοι: non  
debuit illa addere.

Καθάπερ εἴπειν, τὸ Ινδικόν. Indicum hordeum esse τὸ Ινδικόν. Non memini ubi dixerit. Sine Indica appellatione supra hordeum prodidit, δοθεὶς γνώστων σύχον φέρειν. Plinius apud Indos etiam sylvestre hordeum tradit, idque ad panes

*Poddāj žemvę rūs pūpās. Aliud caput de generibus frumentorum.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ & COMMENTARIUS.

**A**git hoc capite Theophrastus de hordei triticique differentiis. Hac occasione nonnihil de hordeo triticoque nobis dicenda video. Primum hordei naturam exponemus, idque non quod tritico dignius sit, sed quod de ejus generibus prima hujus capitinis parte agat Theophrastus. Hordeum Græci κεῖθν vocarunt, quasi κεῖνη, secretum vel separatum; quod huic frumento multa opus sint ad secernendas glumas. Παρότι μέλεσι δὲ ἄλλος τὸ πόσιον μέλεσι καὶ εἰπεῖν αὐτὸν αἴτιον. οὐδέ τὸ κριτικὸν εἶ μέλεσι αὐτὸν τὸ τοῦ ἄλλων τὸ τοῦ αἴτιου. A separando & secernendo tenues paleas, quae dum triturantur ventilando ab eo segregantur. Vel οὐδέ τὸ μετεπίγματον αἴτιον αὐτὸν τὸ τοῦ αἴτιου, quod hor-

deum glandibus præferebatur. Antequam enim veteres cognolcerent & dijudicarent fruges, glande vel cebantur. Vel ~~επειδὴ δὲ τὸν ἀλγητὸν~~, quod eo reperto, & in usum recepto, glandibus pretis à brutis homines distinguebantur. Ideò postea hordeum sale conspersum aris inponebatur. Erat autem auguriū futuræ fertilitatis frumentorum, vel ut divinæ bonitati gratos se ostenderent, quod desitis glandium cibis, ad mitiorem pervenissent victimum. Inde hordea hæc antiquissimis illis temporibus ὄλαι & ὄλαι dicta fuere. Suidas, ὄλαι καὶ ὄλαι αἱ πολὺ ἡμέρας πειθαῖ η τοῖς θύμουσι ἵπποις ὄλαι. Hesychius vero ὄλαι, quasi ὄλαι πειθαῖ ἀπομνηκά, Integra hordea ὄλαι τὰς πειθαῖ Eustachius dictas putat, quod integræ vocabantur,

ter, nondum molendi usu reperto. Homerus  $\xi$  in neutrō genere dixit οὐδεὶς δέ πολλοῖς ζειτίνης ἡδύς εὐρυφύσις κριτανός. Idem Iliad  $\delta$  κεῖται λεπτότερον, τὸ δὲ νόσος Doctiores malunt deflectā κείμενον, quod crassiorē farinam denotat. Est enim λεπτόν τονός, inquit Interpres. Prior opinio Suidæ defenditur auctoritate, apud quem legitur κεῖται λεπτόν. Et Οὐρανός κεῖται λεπτόν. Hordeum Latini dixerunt, ab horrore, quod ejus arista mordacior sit quam tritici. Vel ordeum dixerunt, ab oriendi celeritate, quod ante cætera frumenta pulluleret. Theophrastus lib. VIII. cap. I. Hordeum atque triticum die ut plurimum septimo, sed magis ordeum festinat. Vel ab antiquo verbo hordus, hordeum nuncupatum, quod apud Vestustissimos significabat gravidum, Hordei descriptio nem sparsim dedit Theophrastus lib. I. ca. IX. & XVI. I. lib. II. cap. III. & v. lib. VIII. cap. I. I. I. I. I. IV. VI. X. lib. de caus. cap. I. II. VIII. XI. I. IV. XV. XXI. lib. I. I. de caus. ca. XXVI. lib. II. cap. XVII. Quæ hinc locis scribit, partim examinavimus, partim examinabimus. Ex omnibus istis locis talis colligitur descriptio. Triticeo & multiplici attollitur culmo, sed qui non fundatur in brachia, sed quam triticum horridiori, fragiliori breviori; simplici in stipula, folio nervoso, ut artūdineo, sed latiori; in cacumine fert spicam, ut cætera frumentacea, sed minus a soliis distantia, granum crinito textu spicatur, sed longè paucioribus tunicis contentum, quam triticum; siquidem prope nudum exstat, & omnium maximè tegumento caret, mordaciori arista; radix tenuis, palea durior ac insuavior, utpote qua minus succi retineat. Nunc quæ hoc capite scribit Praeceptor examinanda nobis sunt, Oīoī, inquit, τὸν σιλωδὸν πυργὸν τε φαρμακοφύλακον τὸν λειστραχότερον. Folium hordei triticique locum in coronariis habere, haec nec legi, nec audivi; latius esse folium experientia comprobat. Legi itaque cum Theodoro, περιφύλλοτερον. Etiam cum eodem lego Διοδορού τετραγονον. Nudum inquit esse praceptor, hordei semen, quippe quod tunicis nullis, vel saltem paucissimis integratur. Hordei semen est in medio crassum & rotundum, utrisque extremis in acutum desinentibus, cortice potius quam folliculo, tunicave inclusum. Adhæret enim semini ut cum labore avellatur. Semen est in spica, nulla protegente membrana, ideo nudum dixit Praeceptor. Quod de typha, olyra, & avena inquit, id experientia comprobat. Totum hunc locum Plinius his verbis interpretatus est lib. XVIII. I. cap. VI. Tunicā frumento plures, hordeum maximè nudum, & arinka, sed præcipue avena. Pro typha & olyra arincam verit. Viri doctiores legunt alica, exponuntque ream & olyram. Rectius typham & olyram: sic enim Theophrastus. Ego servo vulgatam. Unicam tantum exposuit Plinius vocem olyram; quam arincam Plinius vocare, auctor Ruellius est. Sed de voce ne simus solliciti, aliud in Plinius verbis majoris est ponderis. Arincam & præcipue avenam nudam inquit, cum Theophrastus utramque πολλάτον (sic legi deberet: non enim legumina sunt, sed frumentacea, legumina in siliquis ferunt) dicat, & maximè avenam. Scio avenam reperiri nudam, sed an hanc noverit Plinius, non constat. Præterquā quod locum hunc ex Theophrasto exscripterit, illud dubitatione non caret, quod scribit triticum multis tunicis vestiri; & lib. I. v. de caus. cap. I. nudum utrumque esse dicit. Ad hoc respondendum, eo loco Praeceptorem respectu arborum illud scribere, quæ crusta lignea, aut mole carnosa obducuntur; contra tenuibus tunicis frumenta, maxime triticum & hordeum. Locus iste præterea mendo non caret. Legendum, εἰ μὲν χρήσιμον τὸν λεπτόν τονός. Hordeum enim multis tunicis non tegitur, sed revera nudum planè videatur. Triticum tegi folliculis lib. I. cap. XVIII. docuit. Culnum tritico altiore inquit esse, quam hordeo. Calamus, inquit Plinius loco citato, altior frumento quam hordeo. Arista mordacior hordeo. De arista hoc loco nihil Theophrastus, verum spicam sublimiore à foliis tritici, quam hordei esse. Palea, inquit Praeceptor, quæ ex tritico, suavior est, quam quæ ex hordeo. Plinius loco citato. Palea ex optimo, stramentum vero nullum comparatur, Hæc quantum à Theophrasto, qui rationem addit cur tritici palea sit suavior. Nempe quod mollior, ac succi plus retineat. Vulgata lectio inepita, περιφύλλοτερον τὸν παρακαρπον. Nam panni, coriaque quo minus madida, molliora, Quare recte Theodorus αἴτιον legit τὸν. Hordeum præterea differre à tritico inquit, quod hordeum in versus spicetur, triticum nul-  
versu conditum sit. Id benignè interpretandum est;



rebitas Theophrastus à natura tritici desumptas, ac Ly-  
biem tenui, canchrydias crasso constare calamo ait.  
Sic legendum, ipsa ratio satis docet, & verborum series.  
Thracium multis constare tunicis lib. **III.** cap. **xxvi.**  
etiam scribit. His differentiis quæ à natura desumuntur,  
addit trimestre genus & bimestre; additque in Eubœa  
genus quandam esse, quod inter quadraginta dies au-  
gescere & perfici scribit. Batavus Notissimum triticum  
quoddam in Moscovia intra spatiū sex, nonnunquam  
etiam septem septimanarum seri, demeti ac in hor-  
reas recondi: causa, aestus & sol perpetuus. Hyber-  
num & apud ipsos præstat triticum, licet regio sum-  
me frigida & borealis. Probat Præceptor genus illud  
bimestre quod in Eubœa reperitur, a reliquo tritici ge-  
neribus diversum, nec soli, regionique id tribuendum,  
quod alia quædam genera tritici in Eubœa nascantur,  
& maximè circa Caristum. Trimestre, inquit, ubique  
haberi. Et illud verissimum videtur; non novi regiones  
in quibus non repetiatur. Leve, quod inquit hoc esse  
parum fecundum & unicalatum, & in totum infirmum.  
Sane apud nos aestivum triticum inferius, est hyberno,  
licet aristas habeat longiores, adeò ut ad hordeum ali-  
quatenus accedat. Singulæ etiam spicæ duos, tres obti-  
nent granorum ordines; cum hybernū quinque, quan-  
doq; sex, octo granum folliculis includatur, ut in spel-  
ta videre est. Quamobrem decorticationem non minus  
quam spelta requirit. Ponderosius tamen est magisque  
nutrit hybernū granum; aestivū rotundius, minus, levius.  
Causa, cur hybernū præstet, videtur, quod altiores  
& firmiores in terra radices agit, quæ plurimum tra-  
hant alimenti. Vide cap. **xii.** lib. **IV.** de caus. Quod de  
pontico, aliisque è locis, in Græciam adferri solitis tri-  
tici scribit, non tantum repetit lib. **IV.** de caus. cap. **x.**  
sed rationem addit cur Siculum optimum, eoque me-  
lius Boeticum: postremum hoc melius Athletarum  
exemplu docet. Illud examinandum, quod de bactria-  
no tritico refert. Eundem hunc locum citat Apoll. *τὸν θεοφράστου* ubi hæc ferè habentur. Enθιόφερος cōm. L.  
ad eū p̄fuit. τῆς Σαχραῖν ἐδὲ ἵνα ποιεῖται περὶ γένεσιν τῶν  
τυράννων, ὡς περὶ τοῦ ιδαίας τοῦ μύρτου ἱκετῶν. Ex quibus Plini-  
um hunc Theophrasti locum minus recte exscriptissime  
constat. Traditum, inquit, in bactris grana tanta magni-  
tudinis fieri, ut singula spicas nostras æquent. Crediderim,  
Pliniti scripsisse, ut singula olivas nostras, vel olivæ nucleos  
æquent. Quod hoc loco de piscolis scribit, id lib. de  
caus. **IV.** cap. **x.** de p̄fugis. Utra lectio verior, affir-  
mare nequoc; de neutro enim constat, nec quicquam  
unquam audivi. Videndum nobis quibus verbis hæc ex-  
scripterit Plinius lib. **xviii.** cap. **VI.** Tritici genera  
plura, quæ fecere gentes. Italico nullum equidem compara-  
verim candore ac pondere, quo maximè discernitur: Mon-  
tanus modo comparetur Italicis agris externum, in quo prin-  
cipiatum tenuit Baetia, deinde Sicilia, mox Africa. Ter-  
tium pondus erat Thracio, Syrioque, deinde Ægyptio, Athle-  
tarum cum decreto (Theophrastus Lybici, Ægyptii, As-  
syrii, Thracici, Pontici quidem meminit, nulla tamen  
vel bonitatis, vel ponderis facta mentione. Idem etiam  
refert Athletas cum Bœotici ternos semifextarios non  
consumerebant, Athenis facile quinos absumpsisse, quorum  
capacitas jumentis similis, quem diximus ordinem fecerat.  
Græcia & Ponticū laudavit, quod in Italiā non pervenit.  
Ex omni eadem genere grani prætulit draconiam, stran-  
giā & Seleniū, argumento crassissimi calami, ita pingui  
solo hæc genera assignabat. Levissimum & maxime inane,  
seu tenuissimi calami: in bumidis seri jubebat, quoniam  
multo egeret alimento. He fuere sententiae Alexandro  
magnō regnante (ad quas mox reddit) cum clavissima fuit  
Græcia, atque in toto terrarum orbe potentissima: ita tamen  
ut ante mortem ejus annis fere **XLV.** Sophocles Poëta in  
Fabula Triptolemi frumentum Italicum ante cuncta lau-  
daverit, ad verbum translata sententia,

*Et fortunatam Italiam frumento canere candido.*

**Quæ latus hodieque peculiaris Italico est. Quo magis admiror posteriores Græcorum nullam mentionem hujus fecisse frumenti. Nunc ex his generibus quæ Romanam invehuntur, levissimum est Gallicum, atque ē Chersoneso adveclum: quippe non excedunt in modium vicinas libras, sicut granum ipsum ponderet ( alter codex teste Pintiano habet. quippe non excedit modii vicinas libras scilicet granum ipsum pondere. Doctiss. Turnebus, siliquæ granum ipsum pondere, ut granum æquare pondus siliquæ dicat) Adjicit**

Sardum selibras, Alexandrinum & trientes: hoc est Siculæ pondus. Baoticum totam libram addit. Africum & dorantes, in transpadana Italia scio vicinas, quinas libras farris modios pendere: circa Clusium & senas. Lex certa naturæ, ut in quoconque genere pani militari tertia portio ad grani pondus accedit: ( aqua cum sale & fermento permista, inquit Dalcampius) sicut optimum frumentum esse, quod in subactu aquæ congium capiat, quibusdam generibus per se pondus, sicut Baleasico: modo tritici panis pondo xxx redit. Quibusdam in binis misis, ut Cyprio & Alexandrino xx. prope libras non excedentibus. Cyprium fuscum est, panemque nigrum facit: itaque miscetur Alexandrinum candidum, redduntque xxv. pondo. Thebaicum libram adjicit. Marina aqua subigi, quod plerique maritimis locis faciunt, occasione lucrandi fatus inutilessimum. Non alia de causa oportuniiora morbis corpora existunt, Gallie & Hispania frumento in potum resoluto, quibus diximus generibus, spuma ita concreta pro frumento utuntur. Qua de causa levior illis, quam ceteris panis est. Differentia est & calami. ( Redit ad Theophrastum, quæ de suo adjeci, an vera an ficticia sint, affirmare nequeo ) Crassior quippe melioris est generis. Plurimis tunicis tracium Thriticum vestitur, ob nimia frigora illi plaga exquisitum. Eadem causa & trimestria inventis, detinentibus terras nivibus; quod tertio fere à satu mense, & in reliquo orbe metitur. Totis hoc Alpibus notum, & hyemalibus provinciis, nullum hoc frumento levius: Vnicalamur preterea, nec usquam capax: ( adde ponderis ) seriturgi non nisi tenuis terra. Est & bimestre circa Thracium sinum. ( Doctiss. Pintianus, quia in optimo exemplari legitur, Thracie fanum, scribendum putat Thracie &enum. &enus enim celebris est urbs Thracie. Ex Theophrasti verbis deesse recte collegit conjunctionem, restituendumque, est & bimestre. At circa Tracie & non) quod quadragesimo die quam satum est, maturescit, expendendum relinquit, an in Theophrastam Graeco quam Latino scribendum non Eubœa, sed &no. Doctiss. Turnebus apud Plinius scribendum docet, circa Thracia &enum. &enus enim urbs Thracie. Non possum non obtemperare tantis viris. Depravatus codex Theophrasti & in iubino &riau. &riau inquit Stephanus πολεις θρακιας, της δοσις αντεις. Idem airos πολεις θρακιας. Legio &riau ex cap. xi. lib. iv. de cauf. δι τετραπλευτονδες — οι τοις ειναι φασι ιουμελινοις) Quod quadragesimo die, quam satum est maturescit, mirumque nulli frumento plus esse ponderis ( vide locum, Theophrastus lib. iv. de cauf.) Et surfuribus carere. Vtitur eo & Sicilia & Achaja montosis utraque partibus. Eubœa quoque circa Caristum. In tantum fallitur Columella, qui ne trimestris quidem proprium genus existimaverit esse, cum sit antiquissimum. Graci trimenori vocant. Primum de voce &riau videbimus, mox verba Columelli examinabimus. &riau dicitur, quod tertio à satione mente semen ferat maturum. Sed id locis præstat calidioribus, vel ubi perpetuo inestate supra horisontem est sol. Dioclerides genus hoc tritici &riau vocat, vel, ut vulgo scribitur, &riau lib. II. cap. cvii. E' ειδος μετα τετραπλευτονδες λεγομενος, Διογένης τε & τοις ουδαλοις αμφοτεροις λεγομενος, ιε νημεραιοις φασι τοις τετραπλευτονδες, τεττες κατα τοις εισαριθμοις, δημητριουσι τη ποταμογραφοις μεγις διομελοπειριξις. Ιε πυρηναι ειδος σπηλαιων καλλιμηνος ονομασι, κατ' αυτην τη τιτανο καιανικην, κατα συμπλεκτην τη ιε τιτανο αιωνιον, διοργανηκεντη τη πυρηνη, ιεταις ιελιονερι το τοις ιε μαλακοις, διοργανηκεντη τη πυρηνη, ιεταις ιελιονερι το τοις ιε μαλακοις, διοργανηκεντη τη πυρηνη. Que verba Hippocratis optimè explanare videntur, hornotinum triticum, id est &riau, dictum esse ab eo inquit, quod horno quasi hoc novo anno id est &riau quod Attici per & utrasque syllabas pronunciantes mites dicunt, quasi τοις hoc anno satum est: hoc est veris tempore. Quod & trimestre, & à quadraginta dierum numero, quadragenariū nuncupatur. Sed ego tam hornum, five hornotinum, id est &riau & in Coo, & apud omnes Asia Graecanicas nationes genus tritici esse novi; quod sicut paucos surfures habet, ita lentum & tenax farinæ subactum efficit. Id quod maximè hic Hippocrates requirit. Suidas tamen & Hesychius &riau & purum & non permixtum exponunt. Suidas ονται & &τοις, εις την ηγεσιν ζω, quod purgatum & cribratum est. Hesychius, Συντετον, ηγεσιν περι ζητει τηλετην οπταιοις, tritica pura sic vocantur. Hanc notionem habent ex Galeno, qui

in Eyegeſi οὐτοῦ exponit, ἥτις εἰ τοῖς οὐτοῖς παρέσσεται, ἡ Διγενεῖμπον καὶ λεπτὸν αἰτεύεται, τεττάνη γενεῖμπον. Quod est ex setario tritico, aut ex farina tenui creta & cribrata, hoc est pura. Στάνος itaque dicitur quod hoc anno satum & triticum, & farina, panisque purus est. Videamus quid commiserit Columella. Hic lib. II. cap. I. hæc scribit, Atque adhuc de satione autumnali loquimur. Hanc enim potissimum ducimus, sed & est altera cum cogit necessitas: trimestrem vocant agricole: ea locis prægelidis ac nivofisis, ubi æstas est humida, & sine vaporibus, recte committitur, ceteris admodum raro respondet: quam tamen ipsam celeriter, & utique ante æquinoctium vernum conveniat peragere, si vero locorum, & cœli conditio patietur, quanto maturius severimus, tanto commodius proveniet. Neque enim est ullum, sicut multi crediderunt, natura trimestre semen; quippe idem jactum autumno melius respondet. Non ignoravit, ut scribit Plinius, Columella genus quoddam tritici ab antiquissimis trimestre, vel trimenon fuisse vocatum; sed negat differre ab eo, quod autumnali tempore terræ mandatur. Et hoc probasset Plinius granum tritici trimestris autumnali tempore satum, vel tertio quoque mense, vel ob frigus paulo post maturum esse, vel nō posse perferre frigus, eaq; de causa diversam naturam habere ab autumnali. Et hoc facile ex Theophrasto probasset, ut qui lib. IV. de cauf. cap. XI. trimestre maturè non serendum docet, quod ob imbecillitatem frigus perferre nequeat. Minus rectè Adversariorum Auctores. Nec quia neuquam perferre Hyemis rigores poris sit, satio in vernum tempore differtur, ut autumnat, sed quod amissa tempestiva autumnis sementis occasione, propter vel imbræ, aliae incommoda. Hujus serotina satio subsidium venit agricolis. Contrarium tamen docet experientia. Nam si quod æstivum vocant apud nos, sive quod vere scriptur, ac post quinque menses metitur (nullum enim genus tribus mensibus perficitur), autumno quis ferat, vana spe expectabit arista. Diversum etiam genus esse hoc docet, quod granum rotundius ac minus ferat æstivum. De tritici generibus, hæc Columella lib. II. cap. VI. Tritici genera complura cognovimus. Verum ex his maximè serendum est, quod robus dicitur, quoniam & pondere & nitore praefert. Secunda conditio est habenda filiginis, cuius species in pane præcipua pondere deficitur. Tertium erit trimestre, cuius usus agricolis gratissimus; nam ubi propter aquas, aliamve causam matura satio est omissa, præsidium ab hoc petitur. Id genus est filiginis. Reliquæ tritici species, nisi quos multiplex varietas frugum, & inanis delectat gloria, supervacue sunt. Hæc tria genera rustici Batavici norunt; ac primum genus felicissime in Zelandia provenit, nec non in quibusdam Ultrajecti locis, in Batavia, Frisia aliisque regionibus circum jacentibus locis, immo locis compluribus ipsius Ultrajectinæ ditionis satum degenerat, nec ita ponderosum aut nitidum, candidumque est granum. Farina etiam, panisque qui ex Zelandico conficitur tritico, candidus admodum est; candore multo inferior est, qui ex grano, licet candiore, in Batavia nato conficitur panis farinaque. Solum itaque cœlumque causa, cur præferet Zelandicum triticum. Huic simile, quod ex Cilicia Corsicaque adfertur; non ita tumidum sed solidum, flavum, grave, & siccus, mansuete minime muscidum, sed friabile & nitidum. Huic non dissimile quod ex territorio Stetinense ad nos adfertur. Secundæ honestatis notæ est, quod ad nos aliundè adfertur Polonicum. Illud nec æquè grave, nec panem æquè candidum reddit. Inferiori loco habendum quod ex Moscovia adfertur. Norant Adversariorum Auctores ex solo Hispanico squalido advectum fuisse pellucidum rubellum, rutilum, sed adeo durum, ut quia molis frangi vix posset, à Flandris mercatoribus sperneretur. Quapropter id duntaxat discriminis inter robum & filiginem, quod hæc minus excoccta, succoque blennoso & cocto, robus vero elaboratiore, tenuiore, & magis grato adolevit. Columella tamen hanc tantum novit differentiam, quod pondere in pane deficiat, ita ut verisimilius sit Zelandicum triticum robum, Batavicum filiginem esse. Finem ut huic de tritico historiæ impo-

nam, notas optimi tritici addam, ex lib. I. cap. II. Gal-  
de aliment. facult. Eius ĥ αυτῷ τοις φιματεις μὲν, οἱ πικροὶ<sup>1</sup>  
καὶ πεπιλημένοι ἔχοντες ὅλη τὴν κύστιν, οἱ μέρη τῶν τῆς ὁδού των  
Διαιρέσεων. τολείσῃ γὰρ ἐποφθάνει διδάσκων τοῖς σώμασιν. οἱ ὄγκες  
βραχίων. οἱ εἰσαγόντες τοῖς ράδιοις μὲν τὸν ἀδύτων βραχὺν μέρος,  
μετὰ τὸν τὴν θρησκόν σίραν οὐκανοὶ Φαινόμενοι, βραχίων διδάσκων  
προφήταις οἱ ὄγκες πολλὰ τὰς πυκνές, ἐποφθάνει τὸν ὄγκον,  
ἐνρήσθες βαρυτίσεις πολλὰ τὰς πυκνές, τοις δὲ εἰσοι καὶ τὸ γέρας  
τῶν χωρίων ξενοῦται. βασινίζει τὸ γέρα τῶν φύσιν αυτοῖς, οὐκ  
ἄπολες ἐπιποκόπεταις τοις ἑξεδονίαις καλλίσις, τῶν ἑξαγενῶν προφασίας,  
ἄλλας οὐ Διαιρέσεις οὐ δεσμάντις, καθάπερ εἰρηται πολλοὶ γὰρ ἑξαγενῶν  
τοῦτον οὐδεὶς οὐκοῦν Φαινόμενοι, ταῦτα εἰσαγάγει φύσιταις αρρενεῖς  
οὐ ταῦτα κατεῖναι κατείνειν. τολείσῃ τὸν πίτην γέραν, οὐτε τὸν  
αὐτὸν αἰλούντων ταυτούτους τὸ λιπαντεῖρον αἰλουροῦν (vulgo τὸ λιπαντεῖρον λευκόν) ἄρπτον οὐ τὸ λιπαντεῖρον ποιησάσθε, τὸν πίτην δὲ τὸν στρα-  
ζορδέας, διηγετέον μὲν αὐτὸν πέρισσηται. Inter tritica plu-  
rimum habent alimenta, quae densa sunt, totamque substantiam  
adeo habent compactam, ut dentibus vix dividiri  
queant. Talia enim exigua mole, corpora plurimum nu-  
triunt: quae vero in sunt contraria, quaeque dentibus qui-  
dem facile franguntur, fractaque, rara, ac laxa apparent,  
magna mole exiguum reddunt alimentum. Quod si utro-  
rumque patem molem pendere libuerit. Quae densa sunt  
multo graviora esse comperties. Haec etiam sunt colore etiam  
laxis flavora. Explorare autem horum naturam, non sim-  
pliciter oportet, superficiem externam duntaxat contem-  
plando, sed dividendo, quoque ut diximus, ac frangendo.  
Multæ enim quæ extrinsecus flava ac densa fuerunt visa,  
raya intus, laxa ac alba apparuerunt. Quæ sane furfuri  
habent plurimum: Et si quis posteaquam molita sunt, re-  
nuissima farina excussa ex reliquo panes quos piteviam,  
id est, furfuraces appellant, fecerit parum quidem ip-  
sos alere. Notas tritici optimi Geoponicas, auctor etiam  
tradit lib. II. cap. XIIII. Επιλακτοί, τῷ πτερογόνῳ στρε-  
ιγγάρη οὐ αὔρην, οὐ τερέον, οὐ λεύκον. τοῦ τὸ γέραντες γέραντες οὐ το-  
πικά ταῦτα. τετράγενον τοῦ τοῦ δορπεῖας δοκιμάζεται, Φιγύρα τὸ γέρα τὸν  
κινητικόν οὐ πυρεῖ. Frumentum quod serendum est elige-  
mus generosum, plenum, solidum ac laxe, ceu nitidum gla-  
brum, aequale. Colore verò ad aurum inclinante, Et quod  
utilissimum & gratissimum est, hoc ex panificio cognosci-  
tur, fugiendum contra contusum & rugosum. Illud penè  
oblitus eram, de bactriano tritico; eos errare qui fru-  
mentum vulgo Turcicum dictum ex Bactriis allatum  
triticum putant. Illud enim, ut scribit Theophrastus,  
triticum refert, sed magnitudinem olivæ nuclei excede-  
dit: contra frumentum Turcicum vulgo dictum nullam  
plane cum tritico similitudinem habet; culmo assurgit a-  
rundinaceo, rigido, solido, fungosa & candida medulla  
farcto, ac multis articulis geniculato, quinum senumve  
pedum proceritate, inferiore parte crasso, ac subinde  
purpureo, superiore paulatim extenuato. Folia sunt  
lata, longa, venosa, arundinacea: spicæ summo caule  
dodrantales, juba ferè modo multiplices, muticæ, pro-  
cumbentes, vacuæ, nullum (raro naturæ luxu, quod in  
aliis raro conspicitur fructibus) granum gignentes; in-  
star tamen secalis florescentes; flore aut candido aut  
luteo, aut purpureo, prout videlicet fructus coloratus  
erit. Fructum ferunt prægrande, veluti spicæ, quæ ex  
culmi geniculis, atque ab uno culmo tres quatuorve,  
alterno exeunt ordine, multis foliaceis ac membranosis  
tunicis veluti vagina quadam obvolutæ, è qua longi  
tenuesque capilli prominent, singuli singulis granis ad-  
hærentes; semina magna sunt ervillæ magnitudine, quæ  
mediaстino hærent angulosa, superficie vero rotunda  
colore alias candida, alias lutea, purpurea, rubra, ni-  
gra atraque, sapore dulcia ac suavia, quæ in ordines ac  
versus octo aut decem digesta arctissimè conjuncta na-  
scuntur. Radicibus nititur hoc frumentum multis, fibro-  
sis ac firmis. Americæ ac vicinarum insularum incola-  
mais, id est, mairium & mairum vocant. Apud Peruv-  
ianos, ut referunt qui illuc fuerunt, toto fere vertente  
anno, potest seri ac meti. Est quod trimestri, bime-  
strique, aut sex hebdomarum spatio maturat, pro-  
ut terræ aut ætheris fert temperies, nec dispar semen-  
tis fertilitas in Asiaticis orientalibus Indiis. Plura de  
generibus mais qui velit, adeat Phytopinacem Bru-  
bini.

*Duo universi frumenti esse arandi tempora. Deque ciceris differentiis, siliquarumque in figura.*

**E**t quidem arandi tempora universi frumenti duo videntur statuere. Alterum hybernum: alterum vernum, quo etiam legumina serunt. Ad hæc in genere, frumentorum aliud purum lolii nascitur, ut Ponticum, atque Ægyptium. Purum & Siculum satis, & præcipue Agrigentinum sine lolio exit. Si-  
culo proprium datur, quod melampyrum vocant: quod est innocens, nec sicut lolium grave, & caput tentans. Sed hæc quidem (ut dictum est) locorum naturæ adscribi decet, idque † agere quantum finitum generibus convenire videatur. In leguminum genere pari modo differentias sumere non licet: aut quod aliter considerentur, aut etiam quod illa magis uniformia sint, nec idcirco tales differentias admittant. Etenim præter cicer, & lentem, & aliquatenus fabam, & ervum; quod colorum, saporumque ratio differentiam faciat; cætera nullis generibus discernere solent. Ergo cicer, & magnitudine, & sapore, † & odore, & forma, plerasque differentias ostendit, ut \* arietinum & columbinum. Candida inter omnia dulcedine præstant. Etenim ervum, & lens, & cicer, & faba, & sesama. Nam & sesamæ genus quoddam candidum datur. Sed differentias hinc potius accipias: videlicet ex his omnibus, quæ filiis inclusa proveniunt. Eorum enim alia non intersepta, sed quasi invicem contingentia constant; ut ervum, pisum, & pars pene maxima: alia magnopere circumsepta; ut lupinum, atque etiam magis & peculiarem in modum † sesama. Item alia in filiisque longis, alia in rotundis; ut cicer. Et quidem seminum multitudo, pro magnitudinis ratione sequitur: minora enim in paucis, ut in cicere, & lente. Quæ quidem differentiae similes fortasse, ac illæ habentur, tum quas frumentaceis tribuimus; ut in spicis & ipsis fructibus. Nam & quæ siliquæ appellantur, seminum fere rationem sequuntur. Aliae namque leviter latæ, ut lenticæ & aphacæ; aliae cylindratae potius, ut ervi & pisæ. Figuram enim hujuscemodi † ista habent. Sed hujusmodi differentias multas per singularia reperire possis, quarum aliae communes omnibus, aliae generatim propriæ habentur. Nempe, quod omnia siliquæ adhaerent, & veluti quoddam principium inde obtinent. Alia \* eminens, ut faba & cicer. Alia concavum, ut lupinum, & alia quædam. Alia non æquè expressum, sed minus, ac veluti indicium principii tantum. Constat tum ex ipso aspectu (cernitur enim principium quo & sata germinant atque radicantur, ut initio diximus: & annexa siliquis nutritri, dum consummentur, aptissimè possunt) tum ex iis, quæ nunc, & ante satis dicta putamus. Sed de differentiis haec tenus.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

**K** Al' Cor in bâdd eis jérer. Toties decantata m', repetitam', inculcatam', illam cœli, locique attributio-  
nem, cum dixit, subdit & hoc: addi ab eis naturæ gene-  
rum, quantum aliis locū, aliisque caelo desideretur. Si e-  
nīm conveniat terræ cum semine, ibi apponi, quantum de-  
fit alibi. In Theodori Codice suspicor mendosè legi, agere.  
scribo, addere.

E<sup>st</sup> et ipsi<sup>is</sup> Facetum Philosophum, qu<sup>i</sup>s cum legumina ex quorundam sententia neget in species dividit: eximit cicer, lensem, fabam, ervum. At praterea quid reliquum est? Quin & vitia duæ habet species, quæ in florum colore discernuntur. Phaselus autem quot? Duo genera summa: alterum dolichu. Qui an sit Smilax Dioscoridis, provisum est in his Horis nostris. Alteru<sup>m</sup> humile. Colores in his, albus, fuscus;

*luteus, sanguineus, carneus, fulvus, cinereus, varius, niger.*  
Ad hæc ait in fabis, & illis alis nullam obseruari differentiam, nisi colore, & succo. Quid tum postea? quam aliam speciem in fructibus? adde etiam magnitudinem. Si quidem & pusilla sunt & grandissima aliae. Bodas vocant Vascones. Sesami quoque non unam esse speciem discernit ab ipso, qui infra ait: si & in Cœnos lumen.

Theodorus in Cicerum differentias addit, odorem. Non est in nostro Codice: nec apud Plinium memini.

Oīrēzōt, & ἐργαῖαι τὸν ἀνάμορφον. Sic lege. Ut Arietinum ab eruaceo distet eo, quod in medio est, scilicet umbilico. Sunt enim rostrata arietina; tametsi alia quoque ratio est figurae. Rotunda nang; sunt & ἐργαῖαι. Arietina angulata. Pecioli dicuntur à nostratis. Columbinū illud à Plinio.

### IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

**U**T duo serendi, sic duo etiam sunt arandi tempora, vernum & hybernum. De arandi temporibus hoc loco nihil dicam. Adeat lector lib. I. de caul. cap. xxv. xxvi. xxvii. ubi multa plurima eaque notatu dignissima, ac verè aurea de arandi temporibus, more, modo, legibus refert. Videat Lector quæ à nobis ad librum citatum annotantur.

**E**t q̄d, Refert frumentum aliud nasci lolii expers, (de lolio vide cap. vii.) aliud contra multo lolio conspurcatum esse. Purum frumentum dicit, in quo non nascitur lolium; tale esse Ponticum atque Ægyptium. Addit Siculum quod in Agrigentino provenit agro. Siculum licet lolio careat, alio tamen, sed minore vitio laborat. In eo enim, inquit, nascitur quod melampyrum vocant; quod innocens est, nec caput, ut lolium, tenter. Hæc postquam dixerat, concludit de frumentis orationem, ac inquit, locorum naturæ hæc adscribi debere. Subdit & hoc, addi ab eis naturæ generum, quantum aliis locis, alioque celo desideretur; Si enim conveniat terra cum semine, ibi apponi, quantum deficit alibi.

**Melampyrum.** De melampyro pauca modo dicenda, Ubi nascatur jam dictum est. Meminit & melampyri Galenus lib. I. de aliment. facult. capite ultimo, τὸ μελαπύριον καὶ λόλιον εἰς μελαπύριον αὐτὸν πορφύραν δηλούμενον πεπονιὰ τὸν τοῦ μελαπύριου. Melampyron quoque nuncupatum ex tritici quoque mutatione generatur, sed pravitate quam plurimum à lolio relinquatur. Dioscorides lib. III. cap. xxxix. crataegoni folia melampyro comparat. Φύλακας ἔμεινε τὸ μελαπύριον. Folia habet melampyri similia. Plinius lib. xxvii. cap. viii. crataegonum spicæ tritici simile facit. Quod dum scriberet, fortasse cum spica triticea, non quidem ipsius folia, sed culmorum cacuminis conferre, proposuit. Melampyrum vulgo perte—blomen / & hope triticea id est, vaccinum triticum vocant. Caulum promit cubitalem, aut minorem, in alas divisum; folia oblonga, acuminata, nigricantia, per oras serrata; spicas in summo caulium latas, crassas, aspectu pulchras, foliorum florumque purpureorum plenas; quæ postquam defloruerunt virent, ac complures folliculos latos proferunt, in quibus bina ut plurimum semina, triticeis similia, sed minora, nigrioraque. Exit in arvis una cum tritico ac secali, & latè, potissimum pingui ac restibili agro. Vitium est tritici, & comes importuna, vaccis pabulo grata & innocua, & in quam triticum minus laudatum abiisse videtur. Huic subjungunt Adversariorum Auctores melampyrum perpusillum luteum. Dodrantem, aut sesquiunciam vix superat: tota facie superiori rem præfert. Sed flos illi luteus, & folia altius divisa, coronopo propria. Prius floris colore variat, flore est inferne, supernèque puniceo, medio candido, foliis laciatis, sic inferne puniceo, superne luteo, foliis minoribus: flore luteo, in summo albicante, inferne candido, superne luteo, sic ex albo viridique mixto.

**Ez. 5.** Ad hunc Theophrasti locum hæc annotavit Doctiss. & incomparabilis Scaliger. Facetum, inquit, Philosophum, qui cum legumina ex quorundam sententia negat, in species dividi; eximit cicer, lentem, fabam, eryvum. At præterea quid reliquum est? quin & virtus duas habet species, quæ in florum colore discernuntur. Phafelus autem quod? Duo genera sūmma; alterum dolichum qui an similax Dioscoridis, provisum est in histriis nostris. Alterum humile. Colores in his albus, fuscos luteos, sanguineos, carneos, fulvos, cinereos, varius, niger, ad hæc ait in fabis, & illis aliis nullam obseruari differentiam, nisi colore, & succo. Quid tum postea?

Lege, ἡλοβια, non ἡλίβορος. Siliquata, & ἡλίσιλικη, non diffusa. Et λια: non λιαν.

Ως οἱ Σιρόβιοι. Επί τοις ρόν τὰ σπέρματα ὑγράποιαν πεινάει τοὺς οχυρούς. Theodorus legit, καὶ Επί τοις, τὰ σπέρματα γαρ. Recl. Et omittit, ἐγνώσθεν, non recte. Vtrique scilicet tam piso, quam ervo, sunt rotunda, non lata, Plinius tamen piso inaequalem attribuit rotunditatem.

Dicit leguminum umbilicos inter se differre, aliquibus enim exstare. Hoc enim est, τοιχίζεις. Theodorus, eminere. Assignat exemplum fabæ. Sanè inter semen, & siliqueam perpusilla ligula est, qua committitur parieti. Verum neutiquam ea est semen pars. Non est igitur, δέξιον. Quare in faba quoque nota illa principii depressa est, non emines; sed illi in vertice, huic ad dorsum, renunculæ figura.

### QUAESTIONES IN CICERONEM

quam aliam species in fructibus? adde etiam magnitudinem, siquidem & pusillæ sint & grandissimæ aliae. Bodas vocant Vascones, sesami quoq; non unā esse speciem discernimus ab ipso, qui infra ait, ιππόνη τὴν σήμαντον λανχάνει.

**Ἄλλα μαλλον,** Cicerum recens et differentias, dicitque differre magnitudine, sapore, colore, & forma. Cicer aliud majus, aliud minus esse notum est. Arietinum, quod vulgo vocant, majus esse ervino constat; quamvis contrarium Galeni libri doceant. sed de eo mox. Saporem aliud habere, vel magis; vel minus amarum, ipse docet Theophrastus, cum inter omnia leguminum genera candidum dulcissimum inquit. In colore non minor observarur differentia. Theophrastus cicer aliud colore albo, aliud ruddo, aliud nigro, cap. sequenti scribit. Cicer album & rubrum quod ex subrubente purpureum est, ostendunt officinæ; rarius nigrum videtur. Forma differunt. Nam ervinum rotundum est, arietinum angulosum, turbinatum, unoque angulo acuto prædictum, quasi rostratum foret. Inter utrumque medium est forma quod sylvestre vocant. Dioscorides lib. II. cap. cxxvii. Τοιχίζεις ἡλίσιλικη ὁμοία τῷ φύλλῳ τοῦ ἵππου, ὅσμη δρυεώς, τῷ καρπῷ Διγλαφίων. Est & sylvestre cicer foliis sativo simile, odore acri, sed semine discrepans. Exiguum enim est, durum, planum, splendens. Doctiss. Scaliger legit τὸ αἴρα πιον, ut arietinum ab eruaceo distet eo, quod in medio est umbilico. Vulgata, ut dixi, lectio servari potest, si dicamus medium forma figuraque esse inter arietinum, & columbinū. Quare sylvestre esse dixi. Errant qui orobæum ervinum, hinc, ut Plinius, columbinum colore tantum differre ab arietino putant; cum tamen arietinum & album, & orobi colore reperiatur. Accedit quod Plinius forma differe ait li xviii. cap. xi. Differentiae inquit, plures magnitudine, figura, colore, sapore. Est enim arietino capiti valde simile. Vnde ita appellatur, album nigrumque. (officinæ album, ut dixi, & ex subrubente purpureum ostendunt) Et & columbinum candidum, rotundum, leve; arietino minus, quod religio per vigilis adhibet. Priori opinioni favet Columella lib. II. cap. x. Cicer, inquit, quod arietinum vocatur, itemq; alterius generis, quod punicum. Corrigunt punicum. Malo ex Plinio pumilum. Experimenta docet esse minus. Illud enim orobæum est quod supra descripsimus ex Lobelio. Nec obest quod obtuse triangulare videatur semen, siquidem nihilominus teres est. Tale rotundum dicitur, eandemque quam filia arietini rotunditatem habet. Καὶ dictum est, ut Plinius refert, quod semen ferat arietino capiti quadantenus simile. Suspiciatur Eustachius καὶ βοῶν δictos propter magnitudinem. De nomine Crii, Cræsi filii, ut est in fabulis. Favent Eustachio verba Sophoclis apud Athenæum lib. II. Ο πατέρας οὐδὲν μηδέστι τετταὶ οἰπίστος. Ex his locis corrigendus Galenus lib. I. de aliment. facult. cap. xxii. ac lego Midas δ' εἰσι, Σέλινος μαργαρίτα (vulgo μαργαρίτα) (unius litteræ lapsus) Καὶ βοῶν αὐτὸν μαργαρίταν καὶ λευδροκέλιον. Nigra autem sunt atq; magna (parva) in Bithynia maximè provenientia, arietinaq; ipsa nuncupant.

**Ἐπὶ πῦν τὸ λινόν —** Verba hæc non intellexit Plinius. Theophrastus, dulcissimum, inquit, in omnium leguminum generibus, quæ colore candida sunt. Exempli gratia datur sesamum, eryum, faba, cicer, candidum, rubrum, nigrum, purpureum. Ex his omnibus quod candidum est, dulcissimum esse dicit. Quod an omni ex parte verum, fit dubito. Candidum cicer rubro dulcius non est, nec etiam magis amarum, ejusdem nempe saporis. Idem de reliquis sicutas. Errat doctiss. vir, cum mentem Theophrasti putat, præter omnia memorata ciceris genera reperiri candidum; cum in omniibus generibus

bus in quibus candidum reperitur, dulcissimum inquit: quod sequentia satis ostendunt, καὶ γένεσις — in γένεσις οὐτομον λευκόν. Cur quæso hoc addidisset, si verba ēτι πάντα, non de omni legumine intellexisset? Videamus quid scribat Plinius, lib. xvii. cap. xxi. Est & cicerula minutæ ciceris inæqualis angulosi veluti pisum (inepte Plinius latini nominis vicinitate deceptus λαβύριον ciceribus annumerat.) Dulcissimum autem id quod ero simillimum, firmissime quo nigrum & rufum, quam quod album. Gal. lib. vi. l. impl. ρ. 3 ἐπεγράψατο τὸν ιεροῦ θεοῦ κηλεῖται μόρος σογίας. τῆς ή αὐτῆς ή δυνάμεως ἐπιτάσσεται, Αἴσθοση πηκτής, τριπλής, ρυθμοπηκτής, εἰσὶ γὰρ θεοί μόρος & μετάξιος ήρεος. μετάξιος δὲ π. εἰς της πικρότητος διὰ τὸ ιχθυόντα τοῦ πηκτοῦ — Alterum ciceris genus orobœum vocatur, eadem vi pollet, puta attrahendi, digerendi, incidendi, extergendi; calidum & modice humidum est (puto legendum ἐνθεῖσκον) particeps item amaritudinis, cuius visilenem & hepar, &c.

E'n. Aliam siliquarum recenset differentiam, de qua  
hæc apud Plinium lib. xviii. cap. xii leguntur. Siliqua  
rotundæ ciceri, ceteris leguminis longæ, & ad figurā seminis  
late, piso cylindracea, fascolorū cum spissis manducant granis.

Quod inquit seminum multititudinē pro magnitudinis ratione sequi, id an omni ex parte verum, haud scio. maiores filiquas habet lupinus árabicus, minores luteus; at-

tamen in siliquis lutei plura sunt semina, quā in arabici.  
Oī ḥ x̄λλυν ḥράδδη, Pisum cylindratam habere siliquam,  
id est longam & teretem, verum est. Semen autem te-  
res esse, haud verum videtur. Angulosum enim est, sive  
inæquale, ut recte Plinius, lib. xvi i. cap. xii. obser-  
vavit. Dicendum, pisum dum viret sive recens est, ta-  
lēm figuram habere, angulosum evadere, sive inæqua-  
les angulos accipere dum exsiccatur; Præceptorem  
ergo de recenti viridiique semine loqui, Plinium de ex-  
siccato. Nec illud quoque omni ex parte verum vide-  
tur, siliquas seminum rationem sequi. Nam loto tetra-  
gonolobo siliqua quadrangularis, granū autē rotundum;  
lathyrus siliquas habet cylindraceas, sed latas & com-  
pressas; granū ejus est angulosum; lens sambuci habet siliquas  
latas, grana vero rotunda. Dicit præceptor, ad latitudi-  
nē vergere, nec exacte rotunda esse, uti nec revera sunt.

Omnia grana leguminum, inquit, siliquos adhærere, ac veluti inde quoddam obtinere principium, sed in nonnullis extare, in aliis concavum esse, &c. Inter ea quæ exstant numerat fabam. Sanè inter semen & siliquam perpusilla ligula est qua committitur parieti; verum ea neutiquā est feminis: non est igitur principium, quare in faba nota illa principii de pressa est, non emines sed illi in vertice, huic ad dorsum renunculi figura.

K E Φ. 5'.

*De leguminum & frumentorum satu, tum de stercoreatione. Quæ cuique agro convenienter semina.  
Quando imbrez pro sint, quando noceant frugibus. Quod solum quid præstare possit.*

**C A P . V I .**

oratione. Quæ cuīque agro convenientia semina-  
ugibus. Quod solum quid præstare posīt.

**S**Erere autem quæque potissimum tempestivis se-  
mentibus præstat. Cæterū & sicco solo quidam  
committunt, ac præcipue triticum, ac hordeum: ut-  
pote quæ maxime valeant perdurare, ubi non avibus,  
aut aliis bestiis tellus obnoxia sit. † Haud enim com-  
modum seminale factum solū putatur: quippe cum  
semina in eo facile & lateſcant, atque intereant: ſimil  
accidat, ut frequens herba renascatur. Imbrem poſt  
fationem ſupervenire omnibus prodeſt, exceptis que  
diſſiculter emerγunt: ut \* faba inter aſtiva, ſefama, &  
cumino, & † triono. Densum autem, rarumve ſpar-  
gere ſemen, terrarum etiam ratione convenit: plus  
enim craſſa, laetaque tolerare poſteſt, quam arenosa &  
tenuis. Quanquam dici ſoleat, alias plus, alias minus  
ſeminis eandem recipere & ſegetem; & tanquam in  
faultum augurium interpretati ſint cum plus reci-  
peret: terram enim eſurite, & vorare protinus ſemē  
existimant. Sed hæc ratio ſtulte fortaffe affertur. Se-  
mina vero ſi contépleris, & præcipue loca ipſa ſcruti-  
neris, una cum ſolo positionem quoq; animadverten-  
do quæ ad flatuſ ſoleſq; ſit, accommodatiuſ ſane di-  
ſerentias colliges. Stercoratio quoq; pro natura ter-  
rarum fieri debet. Novale hybernū verno præfertur.  
Nonnusquam alte inarare non expedit: ut in Syria.  
Qua de cauſa puſillis aratris Syri utuntur. Apud alios  
cultus nimius obeft: ut in Sicilia. Unde fit ut multi ex  
peregrinis facile aberrare poſſint. Hæc quoad terra-  
rum naturam, ſatis ſit dixiſſe. Discernere autem &  
ſemina ſolent: quid ſciliſet cuiq; competat agro. Hy-  
bernis etenim locis triticū potius datur, quam hor-  
deum: atq; in totum ftumentum potius, quam legu-  
men. eniq; ut breviter dicam, inculta & longo tem-  
pore poſt proſciſſa tritico depuratur. Id enim melius  
quam hordeum illa ferunt. Tolerat & frequentiam  
imbruium triticū magis, quam hordeum: & ferrilius  
\* ſegete minus ſtercorata perficitur. Pari modo &  
tritici ratio, quod cui conveniat habetur; exempli  
gratia, quod frugali & pingui, quod † jejunio & gra-  
cili, & de reliquis pari ratione animadverteſe ſolēt.  
Aquam cum ſata conceperint atque adulta ſint, om-  
nibus prodeſt. Tritico, hordeo, reliquaque fru-  
mentaceis florentibus obeft. Facit enim ut cun-  
cta intereant. Leguminibus nihil officit, cicere  
excepto. Id enim abluta ſalſilagine radice tabe-  
ſcens interit, & ab erucis eroſum protinus perit.

συμφέρει δέ φασιν ἐν τοῖς ἐφύδροις τόποις ὡψὲ απέ-  
ριν αὐτὸν. οὐαμος ἢ αὐθῶν μάλιστε φιλεῖ Βρεχεσσό-  
δο. ἢ εἰς εἰέλεσσιν Κύπιστορεῖν, ἀπερ τίπιδι, ὅπ πολὺ<sup>α</sup>  
εἰθεῖ. μετέ τὸ τις ἀπάνθησιν ὀλίγη πάμπται ύδατα. <sup>α</sup> δεῖσθαι.  
σιώνεγγυς γάρ η πλειάσις αἷλος σταθεῖ,  
καὶ βλάπτειν δοκεῖ τὰ σταθήη κερθήνη τὸ πυργοῦ μᾶλλον.  
Ἐτοι Αἰγύπτῳ ἢ, καὶ Βασιλῶν, Εβάκτεοι, σταθ μὴ ψεύτη  
της κάρη απανίως, αἵ δρόσους τὸ ὄλον ἐκτρέφεται. επεὶ  
καὶ οἱ αἰτι Κυριέλιν καὶ Ἐυσταθίδας τόποι Καιελώ-  
τατο τὸ πάσιν αἵ ταλας εἰπεῖν τὰ ἡρανά. Μὴ δὲ η Σι-  
κελία πλάνη<sup>α</sup>. πολλὰ γάρ τὸ πρότερον καὶ μαλακὰ γί-  
νεται. τὸ μὲν κέδρωνος ὀλίγα. ζῆται τὸ οὖλον λεπτόστρως,  
πολλὰ καὶ μικρὸν, πίσφει καὶ ταῦθι<sup>α</sup> μὲν ἐνεγκεν  
διώσαται καὶ αὐδερίαν. τοσοῦτο τὸ κάρης αὐδερίαν,  
ταῦτα πνεύματα καὶ αὔρας δοκεῖται ξυμφέρει. αἵλα σὲ  
πιρ τοῖς τοιαῦται, καθάπερ δὲ τούτοις εἴρηται). αἵ  
δέπτι τὸ πάντα μᾶλλον αὐχμὸς η ἐπομβεία ξυμφέρει  
τῷ στίῳ. οἱ γάρ οἱ μέροις Εαὶλλως ἔναντιοι Επολάκις  
αὐτὲ τὰ περιέποτε Δαφνείρεσσιν. εἰ τοις μὲν, ταῦθιός γε  
ποιεῖται βοτάνης. ὥστε καταπνίγεσθαι καὶ αἰρεοφεῖν. τὸ  
μέρος τοῦ αἵλων περιμέτρων εἰδένεις αἵλο πέφυκε μετα-  
εάλλειν σπήροιμον. πυρὸν τὸ ξυκρύθηνεις αἱρέσθαι φασι,  
Επολάλον τὸν πυρόν. γίνεται μὲν τοῦτο τὸ πάντας ἐπομ-  
βείας. καὶ μάλιστε ἐν τοῖς εὐέδροις καὶ οὐδερώδεστο  
καρέσιοι.

Idque imbribus frequentantibus fieri, præcipue locis humidis & imbre dilutis.

Cicer nigrum atque etiam rufum firmius est quam album. Locis dilatioribus sero ferendum id censem. Faba florescens praecipue madefieri cupit. Ob id sero eam ferere volunt, ( ut dictum est ) quoniam diu floreat. Sed postquam defloruerit, parum omnino aquae desiderari affirmant. Consummatio enim jam in vicino est. Sed postquam crassiora esse ceperint, aqua noxia esse putatur: & hordeo magis, quam triticum. In Ægypto vero & apud Babylonem, & Bætra, ubi terra nullis aut raris imbris madet, roribus omnia coalescunt. Adde Cyrenam, & Hesperiudem. Idem enim & in iis ipsis locis fieri solet. Omnium ( ut simpliciter dicam ) opportunissima aquæ verna. Quamobrem Sicilia frumenti perfertilis est. Large namque & molliter vere fructificatur. E diverso autem hyeme solum tenue multa paulatim recipere possit. Crassum etiam seminum copiam, aquarum inopiam tolerare facile potest. Locis autem sitientibus omnes afflatus auræque prodesse putantur. Sed alii apud alias ejusmodi remedia praestant, quod & antea diximus. Sed omni quasi ex parte siccitas potius, quam crebri imbræ frumento expediunt. Imbræ enim cum alias contrarii sunt; tum semina ipsa saepe corruptunt. ¶ Quod si minus, herbam certe quidem luxuriare faciunt, ut strangulentur atque omne alimentum amittant. Nullum ex seminibus corruptum mutari in aliud aptum est: præterquam triticum atque hordeum, aquæ mutari in lolium afferunt: magisque triticum,

† *Sin minus*: *herba luxuriant.*

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

**E**nī nōs ἀγέοις legē. Theodorus tempestivis sementibus. Id est, tellure, neque sicca, neque humore enēcta. Quare subdit, καὶ εἰς ξηρά. Et mox iμιθεόχοις. Enī pīs infesta.

Καὶ ὁ λευκὸς τῷ πυρὶ. *Theodorus melius*, καὶ ὁ πυρὸς τῷ λευκῇ,  
ex Plinio.

*χώρα σταύριος. Λέγε, ή σταύριος.*

*Ἐπὶ καὶ σεῖς κυρίῳ, καὶ σινοφείδας τὸ πάτον. Sane concisa*

*oratio, aut etiam mutila.*  
Eidū μὴ. ωδῆθε ἢ ποιητούμενος, εἰς καζεπίγαλον, οὐ ἀτερ-  
φέν. Theodorus. Quod si minus: herbae luxuriam mo-  
vent. Latinus sic. Sin minus: herbae luxuriant: Nam,  
moveant luxuriam, velut cibis.

Tāv ἐδὴ ἀλλων σπιρατῶν. Negat ullum semen satione mutari præter triticum, & hordeum. At brassicæ semen rāpum sit. Addit etiam mox, & lino lolium. Quare non est binc caput absindendum.

*Πλάτον ρόπτειος. Bigerones adjacent Pyrenæis; eorum est tenuis solum. Terræ milium ubi mandant, in singula iugera senos quadrantes mittunt. Vascones in latè agro singulos.*

*Bαθίας ζ ἀργεταῖν. Pro βαθίω, si non sit mendum: Ergo est, ut εἰσόδη.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ & COMMENTARIUS.

**P**leraque hoc capite continentur repetit li. **III.**  
de cauf. cap. **xxv.** & **xxvi.** Ubi etiam causas ratio-  
nesque addit, cur imber huic prosit, illi noceat, cur a-  
ger iter corandus, & contra, cur frumentum & legumi-  
na hoc vel illud solum expertant. Lector capita hæc ad-  
eat, & videat quæ annotata sunt.

**Serēndia.** Serendum, inquit, tempestivis sementibus, id est, tellure neque nimis sicca, neque nimis humida. Rationem vide cap. citatis. Varro lib. de re rust. cap. **xxiiii.** Neque in pingui terra omnia seruntur recte, neque in macra nihil. Rectius enim in tenuiori terra ea, quae non multo indigent succo, ut cytisum & leguminas, præter cicer. Hoc enim quoque legumen, & cetera quæ velluntur e terra, neque subsecantur, succum tollunt; que quod ita leguntur legumina dicta. In pinguis rectius, quæ succi sunt majora, ut holus, triticum, siligo, linum. Quædam etiam serenda non tam propter præsentem fructum, quam in annum prospicentem, quod ibi subiecta, atque relicta, terram faciunt meliorem. Itaque lupinum cum necdum siliculam cepit, & nonnunquam fabalia, si ad siliquas non ita pervenit, ut fabam legere expedit, si ager macrior est, pro stercore inarare solent. Hunc Varronis locum Plinius lib. **xviii.** ex cap. **xvi.** his ferè verbis scripsit. Subtilis & illa sententia, serenda ea in tenuiore terra, quæ non multo indigent succo, ut cytisus, & cicer, exceptis leguminibus quæ velluntur e terra (hæc vel insigniter depravata, vel

negligenter admodum Varronis locum exscripsit Plinius. Legendum putat Fulvius Ursinus: cicere excepto, legumina quæ, &c.) non subsecantur. Vnde & legumina appellata, quia ita leguntur. In pingui autem que cibi sunt majoris, ut olus, triticum, filigo, linum. Sic ergo tenuis solum hordeo dabitur. Minus enim alimenti radix poscit: leviter (lego lætior. levior enim & densior quasi contraria) terra, densiorque tritico. In loco humili far adoleum, potius quam triticum seretur, temperato & triticum, & hordeum.

Aðæc eo ἔνεστι. Triticum & hordeum in siccō committere solo ait. Si ἔνεστι μὲν hoc loco pro αἰτήσῃ accipi debet, præter veritatem scribit, & sibi contradicit Theophrastus. Notum proverbium ἔνεστι τὸ πλῶ, καθόπιν ὁ οὐρανός, triticum in luto, hordeum in pulvere. Vide Plutarchum in quæst. natural. Vide Theophrastum loco citato. Vide quæ paulo ante ex Varrone & Plinio diximus, ἔνεστι hoc loco opponitur ὁρθός, non μείψας. Nam & lutosum, pingue solum, siccum esse nihil impedit. Quin hanc mentem Praeceptoris esse docent, quæ sequuntur δοκεῖ ἡμῖν βέβαιος.

*'Ex galaxiis, lactescunt' (Sic enim scribendū in Theodori codice) vulgō late scunt exponunt, quod est ineptū & præter veritatem. Falsum est in lac converti vel lacte impleri, verum lanagine sive mucore albo obducuntur, quę diutino situ contrahitur. Quod non tantum in seminibus, sed in pane, carne, aliisq; hujusmodi fieri videmus.*

Talem lanuginem cum contraxerunt, semina infecunda sunt, ac nisi ab illo liberentur, pereant ac consumuntur.

*M*emor <sup>3</sup> m<sup>o</sup>. *Imbrem*, inquit prodeesse omnibus , faba, sesamo, cumino, erysimo exceptis, idq; quia difficulter prodeunt. Cuminum prodit **viii.** vel **x.** a satione, die, foliolis adeo graminis similibus, ut gramen esse jurares. Illud experientia didici , imbre iuccidentem sationi multum officere. Immo ubi prodiit, aduersus imbre diligentissime tuendum, alioquin ab humore nimio facile perit. Quod fabam inter hæc numerat, nescio an satis recte: nihil obest fabæ vulgari imber. Satis feliciter prodit sive sequatur, sive non sequatur : de sesamo certi quid affirmare nequeo. Cur noceat iis, quæ difficulter prodeunt, docet lib. de caus. citato.

Quod de sationis modò scribit, illud satis clarum,  
Quilibet facile percipit, plus posse crassum & lætum  
agrum, quam tenuem & arenosum solum tolerare, &  
rationi admodum consentaneum est Plin. lib. xviii.  
cap. xxiv. Certum terras alias plus seminis recipere, alias  
minus. Religiosumque inde primum coloris aëguriam, cum  
avidius accipiat, esurię creditur, & comedere semen.

*Αὐτὸς δέ. De stercoreatione multa, caque præclarā  
in lib. de causis. Adscribam verba Plinii, quibus hunc  
exscripsit locum lib. xvii. cap. xxiiii. Maximam hu-  
jus loci partem stercoreationis obtinet ratio, de qua & priori  
diximus (quæ arboribus proft, noceatve) volumine.  
Hoc tantum unum in confessu est, nisi stercorato seri non  
opportere; quanquam & hic leges sunt proprie. Milium, pa-  
nicum, rapa, napus (ineptè hæc frugibus admisit Plinius)  
nisi in stercorato non serantur. Non stercorato frumentum  
potius, quam hordeum serito. Item in novalibus; tametsi  
in illis fabam seri volunt, eandem ubicunque quam recen-  
tissime stercorato solo. Autumno aliquid saturus. Septembris  
mense finum inaret post imbre. Vtique si verno erit sa-  
turus, per hyemem finum disponat.*

Ea enarrat quæ imbræ ferre & non ferre possunt,  
quæ omnia faciliter sunt, causam reddit lib citato. Plinius lib. **xviii.** cap. **xii.** Aquas faba in flore maxime

concupiscit, cum defloruerit exiguae desiderat, solum  
in quo sata est laetificat, stercoris vice, idecirco circa  
Macedoniam Thessaliamque, cum florere incipit, ver-  
tunt arva.

Lego cum Theod. ιωνογνως Ἰωνίας ιστορίας, τοι  
ὁ πυρηνεός Ελαιώνη. Plinius lib. xvi. cap. xii. Firmiusque  
(cicer) quod nigrum & rufum, quam quod album. Illud  
observavi, rufum semen apud nos ferre bonum, per-  
fectum, ac maturum; Album inanes profert folliculos,  
vel in iis semen imperfectum & corruptum. Illud etiam  
notandum; cicer maceratum in aqua dulci taro pullu-  
lare, contra in falsa facile, ac optimè proficere. Prä-  
terea non omittendum, non semel post frequentes im-  
bres, sive æstate humidiore & frigidore, periisse cice-  
ris plantas. Fabæ postquam defloruit officere imbre,  
observare hactenus non potui: sed ex aliorum senten-  
tia, hoc scribit præceptor.

Quomodo frumenta in Ægyptio apud Babylonem & Bactra, item circa Cyrenem & Hesperidem, sata proveniant, quid ipsis profit, quid noceat, nescio: nunquā illas terras vidi, nec quicquam ab alio de hisce rebus accepi. Siciliam fertilissimam esse, novit Romanus Pontifex & Hispaniarum Rex. Illud admonendum, codicem corrūptum, aut concisam esse orationem, aut mutilam, <sup>παρατητική</sup> <sup>οὐδὲν</sup> οὐδὲν εἰστι τελεῖδες ἡμῖν; deesse aliquid videtur.

Negat, inquit doctissimi viri, ullum semen satione mutari, præter triticum & hordeum. At brassicæ semen rapum fert. Addit etiam mox, è lino lolium. Sed dicendum pro Magistro, & fatendum brassicæ semen rapum ferre, nec præceptorem hoc negare; sed hoc libro ipsum de frumentis, & leguminibus agere, ad quorum classem non referri debet brassica, rapumque: olera enim sunr. Quod de lino dicunt, id Præceptor ex aliorum sententia narrat; ac ignorabat an verum esset. Et hæc est causa, cur lini exemplum non apposuerit. Noluit enim quicquam scribere, quod exploratum non haberet, & verum esse nosset.

De mutatione tritici & hordei, vide cap. viii. & lib. v. de caus. cap. xxxii.

K E Φ. Z.

## C A P. VII

*De lolio, avena, & vi ciceris. Quod leguminibus solum conveniat. Sesamam viridem nullum animal mandere, nec etiam lupinum. Item remedium ne luxurient fruges.*

*Quid Theſſali, quid Babylonij in tondendis ſegetibus faciāt.*

<sup>†</sup> Ald Bas. <sup>O</sup>"Τι δ' ἐκ ἔτιν ηγενὸν ἡ ἀρχηκαθάπερ ή † ἄλλη  
germ. ἀλλι πόσα πρόφωνται χάρι θνετο τέτο λέγειν σκέψειν  
πόσα ἀ πι- δῆλον εὐθὺς τέχειν φανερό πεφυκύια. καὶ  
ρωτει χαί- Διαφέρει πολλοῖς. ἔχει χάρι τὸ φύλλον σενὸν, καὶ δασον, καὶ  
πῶται χάρι λιπαρόν. καὶ τάτων ιδιωτατον τὸ λιπαρόν. η χάρι δα-  
σονται καὶ πάστης καὶ τὰ αἰγίλωα. ὁ παρόχει τὰ ἥρα.   
† φανερό γίνεται πε-  
ριφύια.

ए ओं गुण  
मन्त्रालय सं  
पर्क

1897-1898

**L** Olium autem vernum nequaquam esse, quemadmodum reliqua herba, quod quidam affirmare conantur, rationibus illis constat. Confestim enim hyeme ineunte id exortum patescit, multisque differt. Habet namque angustum folium, & pilosum, & pingue, ejusque peculiare pinguitudo notatur: † pilositas enim avenæ etiam datur. Hoc igitur proprium eorum animadversum est, atque etiam lini. Nam vel ex hoc ipso lolium fieri volunt. Cicer autem à cæteris leguminibus propria illa distinguunt, quod de floris proventu retulimus, & quod fructum celerrime perficit; quoniam firmissimum & lignosissimum est: atque in totum novalibus inceptum præ sua edacitate. Herbam enecat omnem, & maximè ac celerrime tribulum. Ad summam, nec solum quodlibet ferre id legumen potest, sed nigro quodam crassoque opus est. Fabam ex cæteris novale optimum præstat, quamvis frequens seratur, frumentumque ferat † copiose. Aquas quoque fluentes his magis podesse, quam coelestes affirmant. Panicum & milium minus aquarum indigent. Nam cum plus habent, folia dimittunt; sed validius milium, dulcius panicum, quamquam infirmius est. Sesamam viridem nullum animal mandit, neque lupinum. An vero neque \* trionum, neque geminalem, querendum. Nam ea quoque amara sunt. † Trionum sesamæ simile constat, & pinguisculum est. † Geminatis cuminaceum quoddam est, atque nigrum: † Hormenitum cum sesama. Sed de his scrutari arctius sane numerus.

σκεπτέον. οὐ δέ πάξ ἀγαθαῖς χώραις τερεῖ τὸ μὴ Φυλ-  
λομεναῖν, Πτινέμετος Εἰ Πτικείρεστον σῖτον. ὡς εργάζεται  
τὸ Θετταλία. ουμβάνθητοι μὲν οὐδὲ Πτινέμεωσιν ὁπο-  
στικιστόν, μηδὲν ἀλλοιεῖσθαι τὸ καρπόν. οὖν δέ Πτικείρω-  
σιν, ἀπαξέν μόνον ἐξίσεωσι τὸ πυρόν, καὶ γίνεσθαι μικρὸν  
καὶ ωχὸν αἴσθρον. οὐ καλλίστοις \* καματίαν. καὶ εἰ δύοκο-  
θιναδηπάλιν πειρόθρημον· τοῦτο μὲν εἰναὶ παύροις  
ουμβάντον Θετταλίας λέγεται, οὐδὲν διέσπειρον τὸ  
ωστέρα θετταλίας παφιᾶσιν. εἰτούτῳ δὲ Φύεται τὸν καυλόν. εἰ  
δέ μὴ Φυλλομεναῖν, γίνεται τὸ μὴ καλῶς ἐργαζαμένοις  
πεντηκοντάχοισι. τοῖς δέ Πτιμελῶς, σκαποντάχοισι ή σὲ  
ἐργασία, τὸ μὲν αὐλεῖστον γρέοντον ἐμιδρόν τὸ οὔδαρ. οπως  
τὸ ὑλεῖ ποιῆσθαι πολλάκι. πιεσθεντὸν δὲ τὸ ζαφείραν καὶ πυκνήν  
τὸν γῆν, δεῖ ποιῆσαι μακρίον. \* ὑλεῖ τὸ φέρεται τὸ πόσιν  
τὸ αἴστερον Αἰγαίου πήσι. τὸ μὲν εἰναὶ πιαύτη καύσις δέσπεται·  
Φύεται δὲ Εἰ δύο τὸ μέγιστον πυρός, Εἰ κελῆ, πολλαχοῦ  
τῷ οὔδερῷ ἔτει. αὐτοτετῆς δέ καὶ δύο τὰ εἰς τὸ κεράσιν κα-  
ρομένων, ἐπίρρη παλάμης τῷ θαλασσανόντος. οὐσι-  
τως δεκατέστροφος τὸ χειμώνος σκιπαγῆ. τῷ θαλασσανόντε  
τὸ δέρματων Πτιγινομένων. οὐ δὲ σάκχος εὐτελῆς καὶ μι-  
κρός, δύο τὸ τειχότων. Θλασσανόντες δέ τοι οὔδερόν ἔτει. καὶ  
δύο τὸ καπικαταγμένων Εἰ συμπαταγμένων, οὐδὲ μηδὲν  
εἶναί δῆλον αὐτὸν εἰ πέννην. οἰον ὅταν διέλθῃ τραχτόπεδον,  
\* τοῦτο οἱ εἰσι-  
χνοι μικροί, καὶ τάττεις, τοις καλλίστοις αἴρονται.  
καὶ τούτοις, εἰς  
καλλίστοις αἴρ-  
ονται.  
† πονηρού-  
χος.

convenit. ¶ Terris autem frugalibus ne luxurient fo- ¶ In solo  
liis, despascere, atque tondere agricole solent: quod frugalis, feta,  
& in Thessalia factitatur quotannis. Evenit autem tibiisque, ne  
ut depasta quidem etiam quoties libeat, fructum ni- luxurient.  
hil mutent. Retonsum vero etiam semel triticum  
degeneret, & longum sine ulla crassitudine surgat:   
quod camatiam vocant. Nec satum id ad naturam  
pristinam redire posse autumant, sed hoc perquam  
paucis evenire Thessali ajunt. At apud Babylonem  
semper, & quasi \* ordinate bis tondent, tertio pecus \* Ordinariae  
admittunt. Sic enim caule mittit, alioqui foliis tan-  
tum lascivit. Et negligentius quidem colentibus,  
quinquagesimo cum foenore messes redduntur, dili-  
gentius vero cum centesimo. Cultum autem voco,  
cum quam diutissime aqua † intermanerit, quo sci- † Perman-  
licet multum † materiae producatur. Cum enim ea serit.  
terra crassa spissaque sit, raram atque solutam red. † Limi-  
dere opus est. Sed \* materiam herbamque, quam Æ-  
gyptus gignere nata est, illa minime fundit. Igitur \* Limum.  
haec virtuti tractus attribues. Multis autem locis &  
ex radicibus triticum, atque hordeum anno poste- † Gelaverit  
ro exit. Quin & eodem primo anno ex iis, quae gra- † Et spicae  
tia vñundandi secantur, altero culmo adnascente parvæ his  
profilit. Simili modo & si † concreverit hyeme: plu- quoque: sci-  
viis enim secutis seges restibilis redditur. Verum ta- licet sicuti  
lium spica interfecta pusillaque extat. Exeunt anno superiori-  
sequenti etiam seminibus depresso conculatisque, bus quos a-  
ut nihil quasi appareat; videlicet cum transeunte ex- gnos vo-  
ercitu, semina concussa in terram corruerint. ¶ Nec cant, ob im-  
non & eorum quos agnos vocitant. At in legumi- becillita-  
num genere, aut nullis vis faciendi quicquam \* ejus- tem & exilitatem  
modi datur: aut certe non aequa. Et germinationes at.  
quidem tot modis fieri solent. \* Tot mo-  
dis.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

**A**πέραντη. αἱ ποιηται γε τις. Theodorus ita legit, πόθεν  
γένεται οὐ το λέγει. Sic mox, ἡ γὰρ διαστίς καὶ τὸ μετάλλων  
νόμον. infra γένεται. Et inferius, αἴτιον. Εἰ suprà, γένεται.  
Dioscorides, αἴτιον. Λεξικούν τamen cum specie quer-  
cūs. Theodorus omisit. Εἰ τοις.

Ta δ' εὐθελοῖς δρόσοις ἀλίγη δε πύρην! Scilicet faciunt bonam novalem. Theodorus omisit hec omnia. Brevitas mira, sicut *Emo*, μέλινοι δὲ καὶ γίγαντοι οὐδέ τικενόποιο.

Φυλομετεῖ. Verbum mirificum. quale ēπιμαρτυρίαν αγ-  
μαῖν. Pro amore soliorum ēsanire. Id est, excedere modum  
rationis, ac naturae. ἀστειαὶ τὸ θεῖον. Theodorus addidit,  
quotannis.

*Kapuaia. Mirum quare Theodorus non fecerit latinum  
perticarium; ob longitudinem scilicet. Sic prælongum ho-  
minem alicubi in Italia per contumeliam vocant, Stan-  
garn, Videbis quid sit κρανες apud Xenophontem, ιππικος.  
De hoc in originibus.*

Kay cōceptus. Theodorus legit mētēpīus. Et interpretatur ordinatē, pro ordinariē.

*Eγεργάσας. Theodorus addit, Quinquaginta.*

*E*pùrèv r̄ v̄dæg. Cum aqua diu permanerit, solvi terram, ac rarefieri. Sanè superficies fit limosa: cætera, quæ infrà sunt, densantur.

Totus eius negotiorum et negotiis. Lego, eius negotiorum ad vendendum profarragine.

*E*xxiij. Theodorus, concreverit. *Laza* nimis vox.  
*Con crescere aqua, aliasve humor dicitur.* At seges non,  
sed gelaverit: verbum hoc ex agricolis.

**Kai ei σεῖχεν μικρῷ καὶ τύττῳ, ἐς κηλέσιν ἄρου. Sic lege. Er-  
spicæ pusillæ his quoque: scilicet sicutis superioribus. Quos  
agnos vocant, ob imbecillitatem, atque exilitatem.**

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ & COMMENTARIUS.

**D**e lolio, quia in initio hujus capitum nonnulla refert, agendum hoc loco videtur. Græcis ἄλογο dicitur, Etymologici auctor deducit a πάγα, quod τὸ φέρει significat, inde πάγα (φέρει) ἡ & ἀλογό, litteræ transpositione; quod lolium ex frumenti corruptione nascatur. Medicorum filii αἴπαν οὐδὲ τὸ αἴπαν vocarunt, quod est fursum efferi & catolli. Rapitur enim lolii vapida & nocua aura in cerebrum; atq; dementiae affinem tenebris oculis vertiginem, temulentiamque efficit; dein torpido veterno cerebrum opprimit, reliquaque membra torpore afficit. Theophrastus lib. viii. cap. v. lolium caput laedere ac tentare, ac gravare auctor est. Vide Arist. lib. de somno ac vigilia. Galenus lib. x. de alimento. facult. capite ultimo, Μωκηδόνης μόρι τοῦ ποτὸν γερμαῖνον αἴρουσι τετταῖς, εἴησαν πάμπολον αὐτὸν τὴν πορεῖαν ἐγκίνθουσον. αἱ τοῦ αἰχθάλεων καὶ τῆς γαλεῶν ἐπικαθιεύσαντας τοὺς εἰς τοῦ πατριδοῖος, κροκίοις, ὁλίγῳ γάρ οὐ σύμπτως ἴσχευγεντα πορεῖαι, εἰς τὸν σπηλαῖον μόρι αἵτινας, εἰς μόρι τῷ θερμοῦ μη κακολαλγεῖς ἵεροντα πολλοῖ, τὸ θέρευς δὲ τοῦ αἰχθάλεων ἑκκαπτὸν τὸ δίεργα τὸ φαερόντα εἰς ὅλιγος, οὐ σύμπτωμα ἵπεργοντα κακοχυματα σύδεικτος. Etenim cum anni constitutio prava aliquando fuisset, lolium affatim tritico

innasci contigit; quod cum neque agricultore, accommodatis ad eam rem cribris, exacte purgassent, neque pistores, quod paucus esset tritici proventus, statim quidem multis caput dolere cœpit; ineunte vero estate, in cuse multorum, quæ commederent, ulcera aut aliud quoddam symptoma, quod succorum pravitatem indicaret, est subnatum. Quam maximè igitur notandi, ac culpandi cerevisiae coctores quæ cerealibus potionibus, sive cerevisis lolium addunt, ut homines ebrios magis reddat. Nam cerevisia hæc assumpta Primum insaniam movet, dein torpore & temulo-vento veterno cerebrum opprimit, & opacat, reliquaque membra torpida reddit; adeò ut porci verius dicendi, qui illam biberunt, quam homines. Proverbiū ex lolio natum, cuilibet notum; Lolio victitare, dicuntur lusciosi & cæcutientes, quos Græci Myopes vocant. Plautus in Millite. *Mirum est lolio victitare te tam vili tritico.* Quid jam quia lusciosus es verbo. Ædepol tu quidem cæcus, haud lusciosus. Inest lolio peculiare quoddam, quod oculis caliginem inducit, quod & Ovidius novit lib. I. Fastorum.

Et careant loliis oculos vitiantibus agris.

Lolijid

Lolii notas sparsim tradidit Theophrastus lib. I. capit. VIII. libr. VIII. capit. V. VI. VII. VIII. IX. libr. IV. capit. XVI. de caus. libr. V. de caus. capit. XXII. Dioscorides libr. IV. capit. XLIII. phoenicem spicam lolio similem habere ait, *συκός ἡ μερινή τῆς αἴγας*. Ex hisce locistalis colligitur descriptio. Hordei, quod mentitur, vitium est, sed folium angustius, pinguis, hirsutus, sed pinguitudo ei peculiare notatur, spicam fert simillimam phoenici; semen non multum, intectum est tunicis, ut avena, sed nudum, aspectu penitus sylvestre; ideo & tritico validius est. Lolium recentiores sic describere solent. Gerit folia culmosque tritici aut hordei, hirsutiora tamen, spicam longam veluti ex multis parvulis *πολλαλίαις*, ac alterno ordine digestis compositam, quorum singula bina, teraque grana continent, triticeis minora, quae nullis quoque aut exiguis

## Lolium.



glumis includuntur, & facillime similiter exteruntur. Sine aristis Bononiae lolium repertum esse scribunt. Sed antequam finem faciam de lolio, illud exponendum. Scribit Preceptor, lolium non esse ex iis que verno tempore nascuntur; probat, quod hyeme in eunte iam pulularit. Ex quibus mutationem tritici in hordeum fieri videmus, non cum floret, vel cum calanum acquirit triticum, sed quando pullulat è terra. Facile, inquit, à tritico dignosci potest, quod folium habeat pingue, hirsutum & angustum. Ab avena dignoscitur pinguedine: avena enim sterilis, folium etiam hirsutum.

Quod de lino scribit, an verum sit, ac quomodo fiat lib. II. de causis, capite XXI. examinabimus. Hoc loco paucum de lino addere visum fuit. Græcis Latinisque *λινόν* dictum est, propter corticis, & libri stamina, in recta filimenta divelli scindique solita, que linea etiam vocantur; unde linea & libella, qua directiones & parvum structuræ librantur. Sic communis lini, apud Grammaticos est etymologia. Aliam tamen, & longè alio sensu, eam deducit Geropius Becanus, in Harmanthæ suæ libro tertio, ubi lini vocem Cymbricam esse docet, his verbis. Videamus (inquit) an apud nos etymon aliquod inveniri queat, quod lino magis sit proprium & peculiare. Λε & Λε per conversionem nostram alterum alteri opponuntur, de quibus jam plurimum: A Λε, quo molestum omne & displicens notatur, fit Λι, i longum, id est, patior, & Λεν, pati, in modo infinito; hinc Λιν, à quo linum, Græcis æquè ac Latinis usitatum, priore syllaba longa; à quo deinde linea, nostris & Latinis communis. Qua vero de causa linum à patiendo dicatur, in primis diligenter considera-

tione dignum est, ut quæ nobis apertura sit, quam variè in nominibus fabricandis luserit architectus, quamque omnium rerum proprias notas accuratè prius expenderit, quam iis vocabula fabricarentur. Nihil est omnino, quantum ego rectè cogitatione ulla assequi possum, quod majora tormenta ab hominibus, quam linum patiatur, ut jure optimo à patiendo nomen duxerit. Primum adeò pœnas ipsa natura accelerat, ut minimum temporis ei genitalibus terræ visceribus concedatur, sed vere satum, mox quasi matris utero molestum, in lucem protrudit, & ipsa statim æstate vellitur, vulsum ardentí canicula torretur, tostum in contrarium ignibus elementum, summergitur, & ne possit enatare, gravi pondere depresso tenetur, dum cortex, cuius duritie medullam suam tuebatur, compotescat: inde rursus ad contraria tormenta raptum, summae caloris rabiei exponitur: inde dum satis à duabus contrariis elementis videretur excruciatum, ad hominem injurias rapitur; vel enim in saxo, stupario maleo diu multumque contunditur, vel in durissima area denticularis quibusdam malleis, quo magis concidatur, tam diu à concilantibus frangitur, dum nihil integrum cortex reservert, in quo solo unicum fuit adversus injrias munimentum. Nec porro illud satis. Ab area, vel saxo è vestigio rapitur ad furcam, è qua suspensum diutissimè à mulieribus latissima spatha è durissimo ligno assabre ad tormenta diurna comparata, tantisper verberatur, dum ferè omnis fracti corticis munimentum dissipetur. Nec deinde quies; sed jam nudæ fere medullæ, omnibus pene osibus exutæ, ferreis dentibus acutissimis & longissimis, miserrimè dilaceratur, nulla clementia sævas mulierum manus à diurna carnificatione prius revocante, quam medulla omnis in tenuissima fila fuerit comminuta, atque distracta. Quidam hic truculentæ mulieres finem faciunt sæviendi? Minimè gentium. Simul atque omnia elementa omnem artificum carnificinam ad pœnas exhauserint; è vestigio quæ ante discerperant variis instrumentis, ipsæ suis manibus contorquent; sèpius interim, dum miserum linum tormentis suis nonnihil resistit, morsibus impetentes, & veluti rabiosæ in ipsum despentes. Et quamvis hæc & plurima & crudelissima videri possint, sunt tamen & alia adhuc nihilo leviora perferenda. Ubi jam omnem medullam contorserint, & equuli qui busdam distenderint, confestim inde tractum ad ignes rapiunt: & quasi parum sit, in simplici aqua submergi, in lixivium detrudunt: in quo, admota ignibus magna lignorum strue, diutissime ebullire cogunt, & inde violentis manibus diu in aqua aliatorquent, rursus suspendunt, & siccant, vel ventorum perflatu, vel solis ardore. Inde iterum variè pars per paxillos distrahitur, distracta liciatorio involvitur, & totis nervis per pectines distenditur, pars canaliculis intorquetur, ut distenti staminis viscera penetret, iteratis frequentissimè tramrum jactibus, modo dextorum, modo sinistrorum: interea nec ipsi quidem stamini quiete concessa, quæ perpetuo sursum deorsum calcibus impulsu subtem cōmem cogitur arctissimis vinculis colligare, donec tela tandem mutuis filorum nexus absolvatur.

Et quasi parum antea linum perpeccum fuisset. jam denuo alia tormentorum genera. Totum id quod tam variis pœnis agitatum tandem quietur videbatur, rursus fervent lixivio coquitur; ac deinde in frigidam iterum conjectum, magno tortorum labore calcibus teritur, fustibus truditur, atque recte tandem contorqueruntur: inde carnificibus delassatis, quod ante vi multa fuit convolutum, & multis gyris in se retortum, magna vi distrahitur, & paxillis distentum tenetur, dum sol frigidam excoxit: ita semper, quo pœnarum vis acerbior sit, ab uno extremo in alterum transitur. Iam nive candidius, ut ossa illa quæ diutissimè in furca penderunt, nihil amplius videbatur tormentorum exterritorum, cum ecce subito forcipibus discinditur, & infinitis acuum puncturis terebratur.

Hinc sordibus variis inficitur; quo rursus nova sit pœnarum occasio, ex aliena culpa; acri sapone illinitur, & lixivio maceratur, ab aliquibus etiam lixatur, ac deinde de ingenti manuum vi tunditur, fricatur, torquetur, aqua frigida mergitur, exemptum sole torretur atque hoc tormenti genus tantisper iteratur. dum fila filis hærent, tantisper dum quidquam adhuc est quod iisdem injuriis subjici possit. Inquinatur ut lavetur, lavatur ut inquinetur; perenni quadam Ixionis rota, ad novam

„ nova semper & vetera tormenta volvendum. Postremo tot jam carnificinis prorsus dilaceratum, ad immundissimos usus condemnatur, ut scilicet vel sordidis ulceribus, & purulentis indatur, ad tetrum virus exsor- bendum; vel spongiæ loco sit in foedo podice terendo, vel aliis etiam locis virulentioribus emundandis applicetur. Dies me & verba prius deficiant, quam omnes injurias lini queam recensere.

Sed quid ego in vanum labore, dum poenarum prosequor infinitatem? Satius fit de lini exemplo illud ad animum nostrum transferre, ut quo pluribus in hac tristitia miseriarum valle calamitatibus affligimur, eo semper meliores evadamus; quod Plinius verius de lino dixit, quoniam tempore suo intelligere quiverit, cum eius detriti usus nec dum tam late, quam nunc pateret. Postea enim quam variis injuriis jam ad minimas lacrarias, & viles floccos est detritum, ad novam rursus rapitur carnificinam, in qua multis pistillorum iictibus aqua guttatum instillante, ad tenuissimam pultem reditur, quæ quadrangulis reticulis hausta, chartas dat omni Ägyptiorum papyro innumeris modis praestantes, quæ quot scribentibus expositæ sint, nemo ignorat, qui modo sciat, nihil tam nefarium, nihil tam sceleratum, nihil tam impium, nihil tam abominandum a pessimo quoque cerebro cogitari, quod non linea chartæ, ingenti patientis injurya, illinatur.

His itaque de causis linum à pariendo nomen accepit, injurya semper melius evadens, ut Plinius dixit: ante quem tamen multis seculis Esaias noverat, nihil esse quod pluribus tormentis sit subjectum, quam linum, quod hac demonstravit comparatione. Contrarii sunt quasi linum; qua naturæ suæ nota non ab aliis modò satis est distinctum, sed symbolum etiam præfert, ad vitam bene instituendam utilissimum.

Quoties igitur linum audimus, roties recordemur nos patientia, perinde atque linum continuo fieri debere meliores & alios. Et hæc una de præcipuis causis fuit, ut sacerdotes lineis vestibus in sacris uestentur; quo nimis memores essent, omnem animis nostris munditiem per tormenta esse querendam; & quæcumque in sacris fierent, ea omnia ad Christi passionem esse referenda; qua, tamquam solidissimo fundamento, patientia nostra stabilita, nos eo perducit, ubi lino mundo & candido vestiti, in splendissima luce, felicitate perfruemur sempiterna. Iam quemadmodum lini fructus five semine omnia dolorum genera mitigant & sopiuntur; ita nihil est tam durum aut molestum in omni vita, quod patientiae fructus non leniat, & suave reddat.

Lini dores Plutarchus lib. de Iside & Osiride his fere verbis recenset, ubi quærerit cur sacerdotes lineas gerant uestes, φορεῖς ἢ τὰ λινὰ ἀλγή τὸν γέρασαν οὐ τὰ λινάτα αἰθέρην σίνος τῆς πελεκεύης ἢ κόπτες αἰθέρας χωρὶς πότην αποστικίας, ἢ ἡ αἰθέρη θεῖα μέτα πεντανησίας καθαρές γέρη (ἢ φορεῖς ὃ τελέσται) εἰς θερμήν αἴπερδη μὴ καθαρές — τὰ λινά φύσται μόρι εἰς αἴσατα τῆς γῆς, καὶ περπάνια ἴδια διάφορα αἰσθάνεται, λεπτή ἢ πυρίχη, καὶ καθαρές ιδίαται, καὶ τὸ σκίποντα μὲν βαρύτερον, σφραγίδας ἢ τοῖς τοιούτοις οὐχι, ἵδιαται ἢ φθειρόποιος, οὐ λίγαστον. — Quidam dicunt eos Linum gerere ob colorem, quem flos lini habet, similem nitori alberis, mundum ambientis. Vera autem causa est, quod purum à non puro tangi nefas est, ut ait Plato.

Linum porro è terra nascitur immortali; fructum fert eis aptum, uestem tenuem ac puram, quæ gerentem non gravat, & est apta omnibus annis temporibus, minimeque, ut ajunt, pediculos gignit. Hac etiam de causa, ut quidam volunt, Deus optimus maximus, in veteri testamento, sacerdotalem uestem ex lino confici voluit. Nempe sicut sacerdos nitida pura induitus ueste incedit, sic animam ab omni inhonestâ ac impura cogitatione, liberum ac alienum habeat. Hyeron, tamen alia opinio est lib. de uestitu sacerdotali in cap. viii. Exodi, ubi primum sacerdotis uestimentum, quod est lineum, terram significare ait. Hanc si sequamur opinionem, uestes ex ἀμόλινῳ, id est, crudo & nondum macerato, aspero ac rudi lino, ex quo funes aliaeque res similes siebant, confessas fuisse, necesse est dicamus. Sin vero priorem, ex λινολίνῳ, id est, aqua macerato loto, & dealbato, οὐ μόλινῳ, sive lapiensi in medicorum scriptis occurrit, variisque habet significations, nec semper linteum crudo lino textum significat, ut magna auctoritatis vir scribit. Nec errant Medici cum filum aut linum aut linamentum exponunt. Quod quæso linteum aliud textum intelligit Hippocrates libr. de fistulis,

quam filum, velim nos doceat & exponat, verba Hippocratis, ἀμόλινος λαβὼν αἰς λεπτόντας συμβάλλειν ὥστε απομάκειν πινακίδαν καὶ ἔνυμα τελάσσειν ἐπιπέντε τελίχα. Filum ex lino crudo quam tenuissimum quintuplex, palmi longitudo ne in unum complicatum, seta equina circumvolvit. Quodnam quæso linteum aliud quam filum ad hoc accipit. Celsus lib. vii. cap. iv. ubi de fistulis agit. Optime tamen sicca linamenta, vel si purgandum aliquid videatur, in melle tinctoria imponuntur. — Ibi linum præbendum vincendumque cum altero capite est, ut laxem cunctem, quæ supra fistulam est, teneat. Idque linum debet esse crudum, & duplex, triplexque (quintuplex Hippocrates) Cellum chirurgi nostri Batavi imitantur, nisi quod linum byssinum aut sericum, quod minus patrescat, adhibeant) sic tortum ut unitas facta est. Vider lector Celsus eloquentiae parentem, medicum summum, ac latinorum principem ἀμόλινος linum crudum vertisse. Hunc sequuntur medici, & errare eos quis dicet? Ut itaque mens Hippocratis intelligatur, summacuratio[n]is hæc est: ut filum sive linum in fistulam immissum connexis capitibus sèpius ductum, paulatim cutem, quæ supra fistulam est, incidat, quod alii scalpello, supra specillum in fistulam inditum, ducto fieri volunt. Idem Hippocrates lib. de affectis internis. Καὶ ὅποτε πέπτωται, ἀφίεται τὸν ὑδατῶν ὄλεγον, καὶ ὅποτε τὸ φῦσις, μετώπῳ ἀμολίνῳ, καὶ ἄσθετος ἐπιβίωσις πολὺ γραπτή μελλεῖ. Cumque perforata fuerit, paucam aquam educto, qua educta penecillum ex omolino immittito, & mollem spongiam super imponito. Hoc loco ἀμόλινος cum medicis dico esse linum, à lineis quisquiliis emundatum, vel stupram ipsam vocatam, quam & hodie chirugos ad varia linimenta usurpare norunt medici. Stupam Plinius vocat lib. xix. cap. i. quod proximum cortici fuit deterioris lini, lucernarum ferè luminibus aptius. Plutarchus in libro Ἀπολογίας, ubi tonsoris cuiusdam garruli meminit, lineum pannum quem collo barbitonares circumligant ἀμόλινος appellasse videtur. Apud Athenæum ἀμόλινος χειρογραφος mantile significat ex crudo lino factum. Illud non omitendum, granum gnidiū λίστα vocatum esse, quod folia ferat lino similia. Linum herba frequens & vulgaris notitiae; qua de causa veteres supervacaneum judicarunt; pluribus describere, nisi quod tenuicaulis sit, angustifolia, in summo acuminata, floribus cæruleis, speciosis, semine strigoso, fulvo. Linum aliud sativum, aliud sylvestre est. Utriusque genera multa, de quibus videat lector Phytopinacem Baubini. Theophrastus linum succolum amare solum ait, lib. 4. de cauf. cap. 6. quum id pabulum immodice trahat. Columella lib. ix. cap. ix. x. Lini semen, nisi magnus est ejus in ea regione quam colis provenit, & pretium proritatem serendum non est: agris enim præcipue noxiū est, itaque pinguisimum locum & modice humidum poscit. Virgilii lib. i. Georg. rationem dat

Vrit enim lini campum seges, urit avena,  
Vrunt letheo perfusa papavera somno.

Palladius, ut subtile nascatur linum, in macro solo spissum serendum scribit, in Octobr. titul. secundo. Quando serendum docet Virgilii lib. i. Georg.

Libra dies, somnique pares ubi fecerit horas,  
Et medium luci, atque umbris jam dividat orbem  
Exerceat viri tauros, serite hordea campis,  
Vsque sub extremum brumæ intratibilis imbre.  
Nec non lini segetem, & cereale papaver  
Tempus humo tegere, & jamdudum incumbere aratri.  
Dum facca tellure licet, dum nubila pendent.

Columella loco citato. Seritur à Calendis Octobris in ortum Aquilæ, qui est viii. idus Decembris. Ingerum agri octo modi obseritur, nonnullis placet macro solo, quam spississimum semen ejus committi, quo tenui linum proveniat, idem etiam si lato solo seratur mense Februario x. modios jugerum jaci oportere dicunt. Vere serendum linum, auctor est Plinius lib. xviii. cap. xxiv. Vere, inquit, linum & avenam & papaver. Et hoc tempore rustici nostri uestem lini terræ mandant.

A lini historia ad cannabis progrediemur; quippe ex utraque uestes, funes, aliaeque res similes fiunt; sed ex lino nobiliores, ex cannabi firmiores ac validiores. Hujus, quod non meminerit Theophrastus, magnope- te miror; maxime, quod Herodotus ejus meminerit

**lib. iv. unde & Hesychius.** Κάνναβις ουανθηγή θυματείσκε ο τον  
αὐτὸν ἵκει διάραιος, εἴτε ἐξεμποζέν πάντες τὸ παρτισῶν, εἴτε ἡ φυ-  
τών λινῆ ὄμοιον, εἴτε ἡ αἱ βελοσύναι θρόκεις ἴσχει ποιεῖσθαι, πρόδοτος τὸ  
τὸ αἰτιαῖς θυματεῖν. *Cannabis suffitum apud Schytas vim ha-*  
*bens exsiccare semen genitale.* Est planta lino similis ex qua  
Thracie populi vestimenta conficiunt, hujus semine Herodotus in suffitu usus est. Plinius lib. xx. cap. xxxiiii.  
de cannabis. Semen ejus extinguere genituram viorum  
dicitur. Quod testatur Galenus lib. viii. de simpl. fa-  
cult. Κάνναβις οὐ καρποῖ αὐθιστέα τῷ ξηραγνήσει τοῦ θερετικοῦ,  
ὡς εἰ τοῖς ερατεῖν, ξηραγνήσει τῷ ψυχήν. Cannabis semen fla-  
etus extinguit, adeoque exsiccat, ut si plusculum edatur ge-  
nituram exsiccat. Gallinas avorum feraciores reddere  
recentiorum quidam scribunt. Experientia didici, galli-  
nas si hyeme senviente (quo tempore ova rarius pariunt)  
vescuntur cannabis semine, ova frequentius multo po-  
nere, sed postea quasi pinguedinis mole obrute, steri-  
les reddi. Aviculae, in cibum si iis exhibeatur, in tantum  
saginantur, ut aut eas enecet, aut cantillandi alacritatem  
adimat. Cannabis, quasi καρπός dicitur, quod circa  
fonticulos, sparsaque scaturigines, sponte & fata luxu-  
riet, καρπός enim fontes sunt multiplici rivo sparsi. Geo-  
ponicae auctor lib. ii. cap. xxxviii. κάνναβις η καρπός τοῖς καρποῖς τῷ Διονύσῳ θρησκείᾳ. Cannabis cavis locis de-  
lectatur, Εἰ omnia humidis, Ideoque etiam sylvestrem,  
quod amet locos udos, ιδραστα vocarunt. Cannabin  
Dioscorides inquit, esse sativam & sylvestrem: sativam  
lib. iii. cap. clxv. describit, Κάνναβις φυτόν ιντερόντος  
τῷ βίσσῳ τοῖς τοῦ εὐρωπέτανος χωνίων τολογίσει. Φύλλα φίρεται  
τῷ θερμότερον τῷ μελισσοῦ, συστάθη, καλλιεὶς μελικέσ, καὶ τοῦ τροπ-  
τολοῦ, εἰς οὐρανόν τολειον σβίνοντο τῷ ψυχήν. Cannabis sativa,  
planta est ad tēxendos funes validissimos mortalium generi  
perutilis; folia gerit fraxinī, sed fædū odoris, caules proceros  
inanis, semen rotundū, quod cibō largiore genituram extin-  
guit. Funes, inquit, validissimos ex iis confici. Utuntur  
iis in fabricis ad sustinenda trahendaque ingentia pon-  
dera, ad navigia regenda; ad linteā texenda, quibus  
infima plebs uitit, idonea etiam cannabis. Necessa-  
ria etiam piscatorum retibus, quia funes & retia ex ea  
confecta diutius in aqua commorantur, quam ex lino.  
Hac de causa χοντρόφοι ab aliis, teste Auctuarii aucto-  
re, dicitur. Foliis inquit esse fraxini. Galenus agno, siue  
vitici comparat. Οὐαντεις αὐτὸν τὸ φυτόν τῆς κανναβεώς ιονική  
ποιεῖ τὸ ἄγρα, εἴ τὸ αιρίματα τὸ αιρίματα τῷ θερμότερον ποιεῖ ισιν τὴν  
διάραιον, αἰδαν διποκεχωρέουσα πάντα πολὺ, διαπετέστοτε Εἰ καρκοτίμαχον  
οὐκ ειφαλαλήν (vulgo ειφαλάλη) η καρκόχυμον. Non quemad-  
modum planta ipsa quodammodo similis est vitici, ita semen  
semini facultate est similis, sed plurimum ab eo diffidet, ut  
quod concoctū est difficile, stomachoque Εἰ capitī noceat,  
pravique sit succi. Cannabina agnum æmulatur ca-  
stum solorum positione, quorum singularia fraxi-  
no similiora, folia fert aspera, dura, subnigra, &c, hi  
confricentur, graveolentia, ex sex, septem, aut pluri-  
bus aliis simul hærentibus coacervata, quorum singu-  
laria angusta, oblonga, acuminata, per oras ferrata, in-  
quibus à fraxineis differunt. Ex uno eodemque canna-  
bis semine, duo cannabis genera nascuntur, quorum  
primum mas, alterum foemina dicitur. Foemina molliori  
culmo, delicatiore cortice, magisque apta ad nendum,  
& textrinas, assurgit. Hujus flosculi exigui, ex luteo  
albantes, instar pulvis, in auras avolant, nullo neque  
fructu, neque semine post se relicto. Mas robustior,  
horridior, fruticosior, rudentibus & capitis torquen-  
dis nata; semen fert teres, rotundis vasculis conclusum,  
ad multa utile. Cannabis, inquit Columella lib. ii. cap.  
x. solum pingue, stercoratumque, Εἰ riguum, vel planum  
atque humidum Εἰ alte subactum depositit; in quadratum  
pedem seruntur grana sex ejus seminis Arcturo exortente,  
quod est ultimo mense Februario, circa sextum aut quintum  
calendas Martij; nec tamē usque in æquinoctium vernum,  
si sit pluvius cœli status, improba seretur. His subjunge  
cannabis luteæ Creticæ historiam, ex Alpino. Ciceris  
historiam supra enarravimus. Quod inquit cicer novali-  
bus ineptum, id repetit lib. iv. de caus. cap. ix. Eodem  
etiam loco, quod hic de faba, repetit, rationemque ad-  
dit, cur faba novali profit, cicer obfit. Eodem libro &  
capite alia multa docet quæ ad novalem pertinent. Eo  
itaque Lectori em mitto.

Cur sesamum, cur lupinum, erysimum, & horminum nullum mandat animal, causam videtur statuere amaritudinem. Ea tamen, dicet quis, gregem delectari docet Poëta, cum dicit; salices carpetis amaras. Dicendum, salicem gratiam quandam præbere pecori amari.

tudinem, eaque de causa libenter ea pasci; contra se-  
samum, lupinum amara esse, sed ingrata, quorum sa-  
pore non delectetur pecus. De hormino hac occasione  
non-nihil dicendum, Oρμηνος sive uti apud Hippocra-  
tem Dioscoridem, Galenum legitur ὄρμηνος dicitur δέ τοι  
ὅρμηνος, quod impetu cæco agat & ciat in Venerem.  
Dioscorides lib. **III.** cap. **cxlv.** de hormino. Δοκεῖ δὲ τοῦ  
τοῦ σὺν πινέμπτον συγγεναῖς παρερμάνει. ὄρμηνος. Auctuaris  
auctor alioen dici asserit. Athenaeus lib. **II.** ex auctiori-  
tate Diphili Brasicae, aspharagum. ὄρμηνος dici, Διφίλιος  
δὲ φρούριος οὐτὸς εἰς καρπούς ασφαράγγης λαζαρίδης οὐρανού, ιδιαῖς  
ὄρμηνος. Diphilus scribit aspharagum brassicæ, quem hor-  
monem peculiari vocabulo discunt. Idem Αἰγαῖος δὲ εἰς οὐ-  
λέας της ὄρμηνος τὸν δέσμοντὸν καρπόντοντος — τοῦτο τὸ ιδεῖον  
εκεῖνον καὶ διατίθεται. Attici Ormenon vocant brassicæ quod  
primum erumpit ac foras prodit, impellente germinandi via.  
Sic dicitur quod erumpat & germinet. Alii Κίνημα. La-  
tini cymam, à Græco κύνημα dicunt. Hesychius, Ορμηνος  
ιδεῖ τῆς καρπούς τὸ κύρδον κύνημα, οὐ δὲ τῆς καρπούς ασφαράγγη.  
Nemo sylvestrem asparagum ὄρμηνος dixit. Sic enim in  
vulgatis codicibus Hesychius. οὐ δέ τοι αὔγετος ασφαράγγη.  
Vide supra lib. **VI.** cap. **III.** Hormenor Theophrastus  
numerat inter fruges quæ æstate seri debent lib. **xvii.**  
cap. **I.** Recentiores quidam malunt inter medicamenta  
& frutices numerare. Neque enim, inquiunt, antiquis  
in cibis est, nec ætate nostra; viz ab agricolis cognosci-  
tur. Sed nec sesamum agricola norunt. Erysimum an-  
norint, inquirendum; & tamen inter fruges numeran-  
tur à Theophrasto, tertio nempe in genere, quod est à  
frumento & legumine diversum. Quod antiquis in ci-  
bis fuisse negant, id præter veritatem est. Nunquam  
ejus meminisset Hippocrates lib. de victus ratione se-  
cundo, ubi scribit οὐ μήνις καρπός τὸ δέσμωτος τῷ λίνῳ Δι-  
στηνόττου. Hormini semen eadem quæ lini semen efficit.  
Hoc in notis ad Diocoridem examinabimus. Inter fru-  
ges etiam à Galeno lib. **I.** de aliment. facult. numera-  
tur. Horminum inquit Theophrastus cuminaceum  
quoddam esse atque nigrum, intellige lector hoc de se-  
mine; nam semen fert cumini instar, oblongum, ni-  
grum, quod mucaginem aque immersum, ut psyl-  
lum emitit. Luculenter horminum describit Diosco-  
rides lib. **III.** cap. **cxlv.** ὄρμηνος τὸν (ψυλλον) expungo cum  
Saraceno, improba vox. Quod vel inde probatur, quod  
descriptio hormini excepto semine utriusque tam dome-  
stico, quam sylvestri conveniat, ac hoc uno eodemque  
capite de utroque hormino palam agat) ιστι ἐπιφέρει τα-  
σίων τοῖς φύλαισι. καυλὸς δὲ πετάχων, ἡμιπτυχιῶν. τοῖς δὲ ἔπιχαιρε  
ὄμοια λοβοῖς οὐτοὶ τὴν τὴν ρίζαν πινκεῦν, οὐδὲ αὐτοὶ μέτρα Διφοργοῦ.  
τοῖς μὲν γὰρ οἱ ἀρχεῖς τροχούλοιοι ινειοτετει φαινούσι. τοῖς δὲ ἕπεις,  
ἴπιμηκες ηγεταὶ, ηγετοὶ ηγετοῖς. Horminum herba est foliis  
marubio similis, caule quadrangulo, semicubitali, circa  
quem eminentie silique similis conspicuntur, quæ quidem  
radicem versus spectant, & in quibus semen diversum re-  
cluditur. Siquidem in sylvestri rotundum fuscumque repe-  
ritur, at in altero oblongum & nigrum, cuius est usus. Plinius  
tribus diversis capitibus hormini meminit. lib. **xviii.**  
cap. **VI.** ubi inter æstiva numerat quæ ad Vergiliarum  
exortum seruntur. Cap. **X.** ejus. libri, ubi hæc habet:  
Eiusdem naturæ & Horminum à Græcis dictum, sed cu-  
mino simile. Seritur cum sesama: hoc & irione nullum ani-  
mal vescitur virentibus. Theophrastus id quidem de hor-  
mino & erysimo vulgo narrari tradit, sed sibi non con-  
stare. Plinius verò affirmat. Tertius locus est lib. **xxi.**  
cap. ult. ubi hæc tradit: Horminum semine, ut diximus,  
cumino simile est, cetero porro, dodrantali altitudine;  
duorum generum, alteri semen nigrum, & oblongum, al-  
teri candidius semen & rotundum. Cumino simile cum  
inquit Horminum esse, id de sativo intelligat lector.  
Sylvestre enim rotundum fert semen. In epist. **από**  
**πατρίου,** περὶ τοῦ legit, dixitque porro simile esse horminum.  
Qui Plinii libros attente, nec oscitante, aut perfuncto-  
riè legerupt, norunt eum sæpiissime vocum vicinitate  
deceptum, aliisque errandi occasionem præbuisse. Al-  
terius semen candidius inquit, φυτὸς Dioscorides. Hoc  
excusari potest. Fuscum enim nigro comparatum can-  
didius esse constat. Horminum planta nota est, caules  
habet complures dodrantales, aut etiam altiores, an-  
gulosos, subhirsutos, folia lata, rotundiuscula, subaspera,  
marubii ferè similia, quorum quatuor aut sex supe-  
riora purpureo violæ nigrae colore; sed tamen dilutio-  
re emicant. Flores juxta folia caulinulos ambientes,  
colore diluto purpureo, albantes; semen parvum ob-  
longum, nigticans in oblongis receptaculis, veluti fili-

quis, que maturo semine radicem versus spectant: radix longa, tenuis, non absque fibris. Sylvestre horminum viri doctiores gallitricum, vulgo scarleanum dictam purant. Sed huic semen nigrum, neutiquam hormino cedens. De sylvestris hormini speciebus videat Lector phytopinacem Bauhinii.

E' d' nūs. Remedium præscriptib aduersus foliorum luxuriam Plinius vitium dixit lib. XVIII. ca XVII. In ier vitiæ segetum, inquit, luxuria est, cum onerata fertilitate procumbunt. Intellige Lector ex Theophrasto foliorum. Nam si fructu, eoque bono luxurient, vitium non dicet agricola, sed Dei opt. max. donum. Sed & hanc esse mentem Plinii ex cap. citato facile probatur. Vbi inquit Luxuria segetum castigatur dente pecoris in herba duntaxat: Et depasta quidem vel sapient, nullam in spica injuriam sentiunt: retensarum etiam semen omnino certum est longius fieri, sed inane, cassumque ac satum non nasci. Babylone tamen bis secant, tertio depascunt; alioquin folia tantum fierent. Sic quoque cum quinquagesimo fanore messes reddit exilitas soli, verum cum diligentioribus cum centesimo quinquagesimo (postremam vocem adjectitum & spuriam puto) neque est cura difficultis quam diutissime aquarigandi, ut præpinguis & densa ubertas diluatur, limum autem non invehunt Euphrates Tigrisque, sicut in Egypto Nilus, nec terra ipsa berbas gignit. Vberatris tamen tantæ sunt, ut sequente anno restibilis sponte fiat seges, impressis vestigio seminibus: quæ tantæ soli differentia admonet terræ genera in fruges describere. Cur pro fit detondere, sive de pascere frugum folia dum adhuc in herba sunt, facile quilibet considerare potest.

